aliena non est cognoscenda: sed bene potest ignorare inuincibiliter q̄ hæc est aliena cum non sit iuris vniuersalis, sed hæc: non est non aliena cognoscenda est iuris vniuersalis circa quod regulariter saltem naturale non cadit ignorantia inuincibilis in habente usum rationis sed circa circumstantias contingentes circa obiectum in quo exercetur operatio. Iste positus videndum est quomodo ignorantia inuincibilis causat in voluntarium, & dico primo q̄ non dicitur causare inuoluntarium eo q̄ talis actus non sit liber: nam inuoluntarium per ignorantiam aut per metu est simpliciter & in se volitum hoc claram est. sed dicitur causare inuoluntarium: quia operatio quæ exercetur est contra volitionem / seu nolitionem quæ habcretur sine talis ignorantia vel metu, & sic non est voluntaria sub illa ratione & cunctantia qua habetur ignorantia aut metus: & per consequens talis operatio dicitur habere bonitatem aut malitiam. Et ex hoc sequitur solutio alterius quesiti/ an videlicet ignorantia inuincibilis excusat a peccato, vnde supposita illa distinctio de ignorantia antecedente cōcomitate & consequente dicit durandus q̄ ignorantia quæ se habet antecedenter nec aggrauat nec alleuiat peccatum. quia vt dicit circumstantia quæ est conditio operantis seu agētis & non operis nec aggrauat nec diminuit. Ita tamen propositio videtur dubia propter gratiam quæ est conditio agentis & non operis. ¶ Secunda propositio, ignorantia inuincibilis siue iuris siue facti excusat omnino a peccato quando ratione illius prouenit tota malitia in actu. hoc est actus qui sit totaliter ex ignorantia inuincibili omnium circumstantiarum causantium malitiæ est totaliter inuoluntarius & per consequēs non peccatum. Sed si talis ignorantia sit aliquatum circumstantiarū. & aliquarū non: bene excusat a tota malitia proueniente ratione illius circumstantiæ cuius habetur ignorantia inuincibilis: sed non excusat a toto cum actus ille partim sit contra conscientiam, cum habeat certa scientia de aliqua circumstantia quæ facit ad malitiā, & hoc etiam dicit Altissiodorēsis. ¶ Difficultas, sit sortes habens ignorantiam vincibilem quæ requirit tempus vnius hore vt vincatur, & ad faciendum ea per quæ vincetur scilicet acquirendo scientiam oppositam, an sortes agendo cōformiter ad illam in prima dimidiata parte illius hore peccet vel an teneatur expectare finem temporis ad operandum. videtur q̄ non peccat, cum illa ignorantia in prima dimidiata parte hore sit inuincibilis ex calu posito, quia faciendo quæ tenetur ad vincendum non potest illam vincere in minori tempore q̄ in hora integra. ergo agendo ex ea non peccat: cum agat ex ignorantia inuincibili.

¶ Pro solutione, dico q̄ duplex est ignorantia vincibilis/ qdā ē vincibilis p̄ futuro vel p̄nti quæ nō ē inducta ex p̄pria & actuali culpa ipsius hominis illam habentis: vt cū homo p̄uenit primo ad usum rationis stat q̄ b.ij.

De ignorantia.

habeat ignorantiam quā tunc pōt vincere non tñ substo/que dicitur
pure negationis. necq; inducta ex peccato/cum non peccauerit vñq;
agendo in dimidiata parte hore ex tali ignorātia nullomodo peccat
quia ignorātia inculpabilis i.e. cui nulla ē annexa culpa p̄cedēs:excu-
sat a toto operationē precise factā in illa dimidiata parte horē & illa
dicitur inuincibilis quoq; transierit tempus totum requisitū aduin-
cendum illam. Alia est ignorātia que vinci potest in quam tamen
homo incidit ex culpa sua & inducta est ex culpa propria illius: prio-
ri casu retento videlicet q̄ requiratur totum tempus vnius horæ ad
vincendum:quēsto est an talis in prima dimidiata parte/agēs sedm
illā peccet. & est similis difficultas cum illa qua querit. Si alquis ex
culpa inciderit in ignorantiam quē est vincibilis pro tempore quo in-
cidit in illam/sed trāfacto aliquo tempore non poterit amplius vinci-
cere:quia forte discessit qui illam edocere poterat:an agens cōformi-
ter ad illam excusetur a peccato,& est etiam meo iudicio eadem dif-
ficultas cum illa quā mouent doctores de illo qui incurrit ebrietatem
ex culpa sua & ex ebrietate interficit &c. Videtur mihi q̄tum ad pri-
mum dubium q̄ non peccat sic agens ex tali ignorātia. q̄tū ad alias
difficultates videtur mihi q̄ sortes in tali casu non peccat nouo pec-
cato sed incurrit ignorantiam & tempore illo poterat non in curre-
re & dēbat & pro nūc nō pōt vīcere:est probabilius dicere. q̄ nō pec-
cat nouo peccato:quēadmodum de ebrio qui totaliter caret vsu ratio-
nis:est probabilius eorum opinio dicentium q̄ nunq̄ homo peccat
quin pro eodem tempore quo peccat sit in eius potestate non pecca-
re. Similiter dicendū est in casu predicto. quia vel illa ignorātia pro-
illa dimidiata parte horē est culpabilis noua culpa:vel non. Si secū-
dum:ergo actus qui fit ex ea non est diffinis dictamini qđ inest vel
debet inesse. Nam regula est q̄ omnis actus malus pro tempore quo
fit est diffinis dictamini recto qđ in ē vel dēbet in esse:vel dictamini
dubio. Vnde dicit Alfridoreñ. q̄ quislibet qui peccat tenet scire q̄
peccat vel dubitare. Si ergo pro tali tempore non pōt deponere illā
ignorātiā/nec tenetur dubitare an sit peccatum/talis operatio nō
est diffinis dictamini recto:ergo non est mala.ergo sicut ebrius in-
currens ebrietatem ex culpa sua apud probabiliorem opinionem nō
peccat nouo peccato tempore ebrietatis/nec peccata tempore ebrie-
tatis cōmissa sunt nouę p̄cēdē demeritoria:ita habens ignorantiam
quā poterat vincere qñ illā incurrit sed iam non potest;tūc agen-
do ex illa non incurrit nouā culpam nec nouum demeritū. Sed vtrū
ille actus sit dicendus culpabilis culpa p̄terita difficultas est adno-
men. Dicunt aliqui q̄ si emendauerit culpā non est culpabilis &c.
¶ Alia difficultas. an ignorātia inuincibilis impedit bonitatē actū
qui fit per eam.videtur q̄ sic:quia ignorātia inuincibilis impedit
malitiam actus qui fit conformiter ad illam: ergo etiam debet impe-

De ignorantia.

11

dire bonitatem in actu. cōsequētia patet: cū plus requirat & maior libertas saltem equalis ad bene agendum q̄ ad male agendum. ergo si inuincibilis impedit malitiam in actu a fortiori impediet bonitatem: & per consequens actus conformiter elicitus illi non erit moraliter bonus. exēplū est de illo qui credit inuincibiliter bertam esse suam reddendo petenti debitum/ an bene agat moraliter. De ista difficultate duo sunt modi dicendi. Vnus est magistri Martini quēstiōe prima de ebrietate in solutione noni argumenti. q̄ nunq̄ actus voluntatis conformis ignorantiæ q̄tumcunq; inuincibilis est moraliter bonus: imo dicit q̄ est moraliter malus q̄uis non sit imputabilis ad poenam ita q̄ ignorantia nō excusat a malitia morali: sed solum ab imputabilitate. Talis ignorās habet duo iudicia/ vnum vniuersale scilicet istud/ cognoscenda est a me mea/ & istud iudicium est practicum & verum & volitio illi cōformis est bona & meritoria. Aliud est particulare & speculatiū puta istud: hęc est mea & tale falsum est & volitio illi conformis nō est bona scilicet ista: cognoscēda est a me hęc mulier, neq; per illam m̄cereor dicit Martinus/ & tota apparentia sumitur/ quia nō cadit supra debitam materiam q̄uis materia sit aestimata debita / & ad actum bonum precipua circumstantia est obiectum. nam dicit. S. Tho. q̄ duę circumstantię sunt pr̄cipue, scilicet circumstantia finis & obiecti. & ab eis regulari sumitur omnis bonitas & malitia. cum ergo talis actus non cadat super obiectum debitum imo sit cōformis dictaminī erroneo videtur q̄ sit malus. Oppositum tamen mihi videatur. & q̄ sit bonus moraliter/patet. illa volitio qua volo reddere huic petenti debitū sequitur necessario ex duabus causis in quibus nulla ē malitia moralis: ergo in illo effectu nulla erit malitia moralis. patet cōsequētia. quādocunq; est aliquis effectus hominis qui necessariōe cessitate naturali sequitur ad priorem si in effectu priori nulla sit malitia moralis/nec erit in sequenti/ quia tunc per actus non malos aliquis necessitatē ad male agendum: qđ nemo concederet. sed in volitione qua volo reddere debitum vxori petenti nulla est malitia moralis: nec in isto iudicio/ ista est vxor petens/ q̄uis sit malitia intellectualis/ quia est error; & illa volitio qua volo reddere huic: necessario necessitate naturali sequitur ex illis duobus. igitur in ea nulla erit malitia moralis/qđ autem sit bona patet tali ratione Durādi in secundo. Istud iudicium est inuincibile huic petenti reddendum est debitum/ ergo saltem potest esse taliter inuincibile qđ non p̄t auferri. Sit ita. tunc arguitur sic. non potest auferri tale iudicium/ ergo tenetur fortes reddere debitum. cōsequētia patet. fortes tenetur vitare quodlibet peccatum: sed non reddere stante illo iudicio est peccatum: quia contravenit tali iudicio & conscientiae igitur. ultra/ fortes tenetur vitare illud peccatum quod est non reddere & non potest vita
b,iij.

De Ignorantia.

renisi reddendo: quia non potest vitari pruatio nisi ponendo habitum/ ergo tenetur reddere. Dices illud dictamen/reddendum est huic debitum/ est falsum: quia est erroneum, alias talis actus non fieret ex ignorantia/ sed ex certa scientia. Dico q̄ dictamen cui conformatur est rectū & verum & est istud: hæc ē a me cognoscenda. ¶ Cōtra, actus ille sit ex ignorantia, ergo dictamen non est verum. Dico q̄ sit ex ignorantia speculativa/ & non practica. & concedo q̄ ille assensus speculativus est falsus scilicet iste: hęc est vxor mea: sed presupposito totali assensu illud iudicium purę practicū est verum: cum omne dictamen pure practicum sequens ex ignorantia pure inuincibili est verum & nullum dictamen inuincibile pure practicum est erroneum, vt dicit Durandus. Et vt actus sit bonus sufficit q̄ sit conformis iudicio practico/ siue speculativum sit verum siue non. Alij vt occham & de Gersono in lectione de vita spirituali dicunt aliter/ q̄ talis actus est conformis indicio vero scilicet isti reddendū est debitum illi quā credo inuincibiliter esse meam, & occham dicit, q̄ sufficit conformitas ad iudicium vniuersale: & non requiritur ad particulare, sed Durandi opinio est probabilior.

De Ignorantia an sit peccatum. Capitulum Sextum.

Insequēter videndum est an ignorantia tam purę negationis q̄ praeq̄ dispositionis in se sit peccatum. ¶ Respōdetur per ppositiones. ¶ Prima. utraq̄ ignorantia vincibilis eorum quae quis scire tenetur est peccatum. Patet sic bene sequitur/ obligat ad hoc sciendum/ ergo si habeo errorem oppositum illius scientiae vincibilem libere transgredior præceptum / quia si sit vincibilis est aliquomodo libera, consequentia tenet; quia præcepto affirmatiuo quo præcipitur aliquid; prohibetur illius oppositum; ergo si hoc præcipitur sciri prohibetur etiam ignorari. Nam si obligat ad sciendum hoc præceptum/ obligat ad non ignorare illud siue prohibeatur illud ignorare. ¶ Secunda ppositione. Ignorantia praeq̄ dispositionis vincibilis id ē assensus erroneus eorum que teneor scire pro quo libet tempore quo est vincibilis semper est peccatum, patet, omnis actus contra præceptum negatiuum pro omni tempore quo libet elicetur est peccatum, & hoc est manifestum, sed talis ignorantia vincibilis est actus cōtra præceptum negatiuum, quod sic patet, nam bene seq̄tur, habeo præceptum affirmatiuum de credendo hoc ergo ha-

beo negatiuum de opposito quia omne affirmatiuum includit negatiuum. vt dictum est. ¶ Tertia propositio. Ignorantia puræ negationis eorum quæ teneor scire non est pro omni tempore pro quo habet retur peccatum. Patet præceptum affirmatiuum obligat semper sed non pro semper sed pro aliquando. sed præceptum de credendo vel sciendo hoc est affirmatiuum ergo non obligat pro semper. tunc sic non obligat pro semper ergo est dabile aliquid nunc in quo non obligatur ad illud sciendum vel credendum ergo priuatio pura actus tunc non est peccatum & est ignorantia puræ negationis. vt dicit Bonauentura scđo sententiarū distinctione. 23. vt sit sortes qui tenetur credere deum esse trinum & vnum sed nunq̄ credit non peccat pro quo libet instanti nouo peccato sed solum pro tempore quo tenetur credere actualiter deum esse trinum & vnum. Ideo ignorantia puræ negationis non est peccatum pro omni tempore quo est. ¶ Quarta propositio. nulla ignorantia invincibilis nec prauæ dispositionis nec puræ negationis est peccatum. bene seq tur. Ista est invincibilis ergo si sit prauæ affectionis non teneor illam vincere auferendo illam: & si sit puræ negationis non teneor ad actum oppositum ergo omissione illa non erit peccatum. ¶ Quinta propositio. nulla ignorantia nec puræ negationis nec prauæ dispositionis est intrinseca peccatum: sed solum extrinseca denominatione. patet. nulla talis ignorantia est immedia te libera sed solum mediate ergo nulla talis est mala malitia propria sed solum malitia actus voluntatis imperantis vel omittentis. ¶ Sed de ignorantia vincibili & crassa ponuntur aliquæ propositiones.

¶ Prima. ignorantia vincibilis affectata non excusat nec diminuit sed aggrauat. patet est simpliciter voluntaria & volita: ergo. ¶ Secunda propositio. ignorantia vincibilis crassa & suppina non affectata excusat tanto non a toto. Contra. si hoc esset verum sequeretur q̄ alius tantum peccaret ex ignorantia sicut aliis ex certa scientia. & q̄ de suo peccato peccator reportaret commodum. Primum patet capio sortein & platiōnem sortes credit simplicem fornicationem non esse peccatum & plato oppositū credit & fornicantur ambo plato non in infinitum magis peccat q̄ sortes sed forte in duplo plus. tunc possibile est q̄ sit unus tertius puta Cicero qui peccet in duplo minus q̄ plato propter appositionem minoris conatus: & sic equaliter cum sorte. ergo aliquis peccaret ex ignorantia tantum sicut aliquis ex scientia. Dico q̄ non est inconueniens q̄ aliquis ex ignorantia peccans & aliquis ex scientia equaliter peccent vbi cætera non sunt paria ut puta quando non est idem conatus voluntatis. sed vbi cætera paria esent hoc et̄t inconueniens. Ad aliud dicūt aliqui q̄ non reportat cōmodum de peccato. quia dicunt q̄ aggregatum ex ignorantia & suo actu malo est que graue sicut actus factus in eadem materia cum scientia: siue illud sit vincibile siue invincibile.

De ignorantia.

Cl Tertia propositio. quilibet actus & quelibet omissione libera contraveniens iudicio erroneo siue illud sit vincibile siue invincibile est malum siue mala moraliter immo peccatum. Patet sic. omne quod non est ex fide est peccatum quod sic globo. do. omne quod est contra conscientiam. conscientia enim nihil aliud est quam iudicium practicum. ad hoc etiam sunt multi textus iuris de sen. ex coi. ca. inquisitioni. **C**irca hanc propositionem occurrit difficultas. aliquis format sibi hanc conscientiam mentiens dum est ioco se pro salute hominis seruanda & credit quod teneatur mentiri tamen nult mentiri & omittit: queritur modo utrum tale aggregatum ex illa omissione & tali conscientia sit grauius peccatum quam talis conscientia solum. videtur quod non / quia illud nosse mentiri est bonum de per se / & si sit malum / non est nisi ratione circumstantie puta ratione conscientiae erronee. Rursus. talis nolitio mentienti non est mala ex obiecto immo habet obiectum sibi conueniens. Item non obligor ad non habendum illam nolitionem sed solum obligor ad non habendum contra dictam recte rationis: ergo non obligor auferre illam nolitionem sed solam ad illud dictam erroneous deponendum: ergo solam peto pro illud iudicium quod auferendo tale iudicium remanente nolitione non amplius est peccatum. Simile argumentum. habeo iudicium quod teneor mentiri officiose / omitto simpliciter. videtur quod illa omissione non habeat malitiam distinctam a malitia illius iudicij. Similiter si habeam volitio nem eundi ad ecclesiam propter vanam gloriam venialem ita quod voluntio eundi causetur ex volitione vanae glorie: talis voluntio non est mala ex obiecto sed solum ex circumstantia vanae glorie / & per consequens in casu predicto videtur quod aggregatum ex illa conscientia & ex illa nolitione non erit pelus nequam grauius quam illud iudicium erroneous seorsum. & potest talis ratio sic formari. Quandocunq; est aliquid actus malus habens obiectum conueniens & ratione circumstantiae dicitur malus: ille actus non habet malitiam distinctam a malitia illius circumstantiae: sed sic est in proposito. igitur. **A**d hoc responderet sanctus Thomas prima scda quastione. 19. articulo quinto dicens. quod obiectum voluntatis est obiectum tale quale presentatur voluntati per intellectum. hoc est quamus obiectum voluntatis secundum sui naturam non sit discordans / si tamen presentetur voluntati ut discordans & malum / tunc erit discordans & malum / & si tunc voluntas libere feratur in tale obiectum quod est secundum presentationem intellectus malum peccabit: & illa voluntas malitiam accipiet ab illo obiecto sic presentato. Ex quo sequitur quod illa nolitio mentienti vel voluntas eundi ad ecclesiam propter vanam gloriam venialem non solum est mala ex circumstantia: sed tales sunt male ex obiecto: & sic patet solutio difficultatis videlicet quod aggregatum ex nolitione & conscientia illa erronea est pelus & grauius quam iudicium illud seorsum. Et hoc de necessitate habent concedere qui non ponunt actus singu-

lares indifferentes. & ad maiorem rationis cum sic arguebatur. quā docūq; actus cadit super obiectum debitum & cōueniēs/non est manus ex obiecto/ sed solum ex circumstātia mala:negatur . imo dico q; capit etiam malitiam ex obiecto secundum q; p̄s̄entatur voluntati. ¶ Sed maior difficultas est de omissione. iam iudico q; mentiendum est: pure omittor: an talis omisso sit peccatum distinctum ab illa conscientia erronea. Et primo arguitur q; non sit peccatum omissionis quia omisso est priuatio allculus actus ad quē pro tunc obligor: sed ad volitionem mentiendi non obligor imo ad non habendū volitio- nē mentiendi: ergo non obligor pro tūc ad habendū quia obligarer ad supremum impossibile: scilicet ad duo contradictoria. Qd autem obliger ad non habendum volitionē mentiendi pro illo tempore/ p̄ tet: q̄a est p̄ceptum negatiuum ideo obligat ad semper & pro sem- per: ergo pro tūc obligor nō habere illā volitionē. Dico q; talis pura omisso ē peccatum. quia est omisso pura difformis iudicio errore. igitur. Et cum arguitur. bene sequitur. talis omisso est peccatum: era- go est priuatio actus debiti inesse. Distinguo consequens. vel q; sit priuatio actus debiti inesse scdm veritatem & sic nego. vel secundū estimationem meam/ & sic conceditur. & dico q; ad peccatum omis- sionis sufficit: q; sit priuatio siue omisso actus debiti inesse vel secū- dū veritatem vel scdm estimationem omittentis. Dices. penes quid attendit̄ grauitas illius omissionis? Non potest in primis attēdi pe- nes bonitatem actus omisssu: quia actus omisssus si ponere esset malus: neq; penes obligationem veram velestimata/ quia si estimare me infinite obligatum / sequeretur q; ego infinite omittere/qd ē fallum. Dico q; non attendit̄ grauitas illius omissionis penes bonitatem actus omisssu: nec penes obligationem veram ad illum actum: nec pe- nes obligationem estimata ad actum omisssum: sed penes obligatio nem p̄cepti prohibentis contrauenire conscientię: quia omittendo me cōformatē cōtrauenio negative. Aduerte vltra q; vt dicit Duran. d9 in secūdo sententiarū distin.39: quēst.5. cōscientia erronea nem̄ obligat. quia nulla obligatio potest esse respectu illiciti aut liciti non tamen debiti tamen ligat/dictat enim faciendum q; illicitū est fieri aut non debitum sicut est in differētibus & in his quē sunt super erogationis: ergo non obligat. Qz autem liget distinguendum est de errore conscientiæ. quia vel ille error non est imputabilis sicut error vel ignorantiā circumstantię particularis adhīsita debita diligentia qualis fuit in Iacob respectu ly. Si non sit imputabilis/nō ligat quin homo possit procedere secundum conscientiam sic errantem. quia ta- lls error excusat: nec actus voluntatis sic factus est conformis iudicio. errore/ sed vero vt vīsum est. Si autēm error est imputabilis culus ipse errans est causa vel occasio:tunc vel conscientia errat. dictando illud esse illicitum quod est licitum sicut conscientia heretici dictans

De ignorantia.

¶ semper est illicitum iurare tunc in illo casu facies contra illam conscientiam erroneam peccat; quia facit contra illud quod credit esse iure diuino prohibitum, & sic est contemptor diuini precepti; non quidem in iuramento secundum se sed quia apprehensum tanquam contra rium diuino precepto, ideo peccat mortaliter faciens autem secundum talem conscientiam erroneam; id est nolendo iurare non peccat semper; quia licitum est non iurare. Sed si superueniat preceptum superioris precipientis heretico quod furet & ipse nolit iurare peccat mortaliter tanquam in obediens illi cui obediatur. & in tali casu conscientia erronea simpliciter ligat quia nec secundum eam nec contra eam potest talis licite facere: vel conscientia errat dictum illud esse licitum quod est illicitum. ut si quis crederet quod licitum est furari malis diuitibus ut detur bonis pauperibus, in tali casu semper peccat faciens secundum conscientiam erroneam: ex quo illud quod dictat faciendum est illicitum se secundum se; sed facies contra eam non peccat si ipsa solum dictat illud quod est illicitum esse licitum, quia a licitis potest absque peccato absistere; sed si ipsa dictat non solum esse licitum sed debitum puta quod debitum est furari a diuitibus ut detur pauperibus vel quod debitum est mentiri pro saluanda vita alterius, tunc facies contra eam peccat illo genere peccati quo apprehendit illud esse debitum fieri ut visum est. ¶ Querit ultra Durandus utrum plus peccet homo se conformando conscientiae erronee vel disformando & faciendo contra eam. Dicit quod aliquis per aliquid minus, quia conscientiam est qualiter est illicitum illud quod conscientia erronea dictat esse faciendum; quia quandoque est illicitum ut peccatum veniale, ut conscientia dictans esse mentiendum propter vitam innocentis saluandam, quandoque vero ut mortale sicut quando quis credit esse furandum malis diuitibus ut detur bonis pauperibus. Et ex parte conscientiae erronee considerandum est quid ipsa dictet; quia quandoque dictat aliquid faciendum tanquam ex precepto: ut potest quod non mentiens pro saluanda vita alterius reus est homicidij, quandoque dictat aliquid esse faciendum ut opus misericordiae solum: ut potest quod qui furatur ut det pauperibus est misericors; in primo casu sequens conscientiam erroneam peccat solum venialiter, sed facies contra ipsam peccat mortaliter, in secundo autem ediuerso. Si autem aliquid ex precepto sit faciendum vel dismittendum conscientia autem dictet oppositum tanquam cadens sub precepto comparandum est preceptum precepto & secundum hoc iudicandum, ut si mulier errante conscientia credit quod licitum sit ei mechari ut salvaret suam vel viri vitam alioquin rea est homicidij; plus peccat exponendo se vel virum mortalem mechanando; quia maius est preceptum non occides quam non mehaberis. & sic de alijs est iudicandum. Et sic patet de tribus impedimentis voluntarij scilicet de violen-

De circunstantiis actuum moralium. 14

si metu & ignorantia. Diceret aliquis, est dabsle quartum quod impedit voluntarium: ego non sunt solum modo tria. antecedens patet de concupiscentia quæ est motus sensualis ad prosequendum deletabile, nam sicut operatio quæ fit ex metu dicitur inuoluntaria quia sit contra volitionem quæ inesset secluso metu & illo secluso esset nolita: ita etiam homo passionatus per concupiscentiam propter passionem consentit operationi cui alias non consentiret nisi adesset talis passio aut concupiscentia, ergo quod fit per concupiscentia fit contra nolitionem quæ inesset seclusa concupiscentia: & per consequens videtur q̄ causet inuoluntarium. Pro solutione huius dicit Sanctus Thomas prima secundæ quæstione sexta articulo septimo, q̄ concupiscentia non causat inuoluntarium: sed magis facit aliquid voluntarium. Dicitur enim aliquid voluntarium ex eo q̄ voluntas in illud ferit: & inuoluntariū q̄ nolitā cōcupiscētia inclinat voluntatem ad volendum concupitum, ergo potius concupiscentia facit q̄ operatio sit voluntaria q̄ inuoluntaria. Et ad argumentum dico q̄ non est simile: quia qui operatur per metum aliquomodo inuoluntarie agit & cum tristitia & penitidine / ut qui proficit merces tristatur. Alius vero cum delectatione & nullomodo tristatur, & illa operatio quæ fit per metum non propterea præcise dicitur inuoluntaria quia sit contra nolitionem conditionatam neq; contra nolitionem absolutam quæ in esset secluso metu: quia eodemmodo arguem de illa quæ fit per concupiscentiam: sed quia operans per metum ex penitidine & tristitia operatur, qui vero per concupiscentiam: ex delectatione, & non video altam differentiam quare una dicitur aliquomodo inuoluntaria & alia non.

De circunstantiis actuum moralium.

Capitulum sextum.

DOsteaq̄ determinatum est de impedimentis voluntarij consequenter agendum est de circunstantijs requisitis ad bonitatem actus moralis. Et noto primo q̄ ad actum esse studiosum non sufficit ipsum esse liberū seu voluntarium quis etiam oblectum illius nonsit prohibitum: sed ultra requirit ipsum esse debitis circunstantijs ornatum. Pro vocabulo circunstantia adverte q̄ circumstantia prosignificat de notiore significat ea quæ sūt proxima alicui rei locaciter vel saltem multum vicina & illi rei extrinseca, & transumptum est hoc vocabulum ad ea quæ pertinent ad ac-

De circūstantiis actuum moralium.

Actus humanos / & omne extrinsecum respectu cuius est extrinsecum dicitur accidentale in ordine ad illud, & sic bene dicitur circumstantia ab Aristotele & alijs auctoribus humanorum actuum accidēs. dicit enim tertio ethi. circumstantias noīa particularia id ē particulares singularum actuum conditiones / & sic circumstantia est accidens actus humani capiēdo accidēs pro omni illo qđ est extrinsecum & non de essentia actus. Notandum qđ Aristoteles in tertio ethi. Et Tullius in sua rhetorice diversificat in annueratione circumstantiarū septē enarrat Cicero / qđ in hoc versu cōtinentur. quis. quid. vbi. quib⁹ auxilijs. cur. quomodo. quando. sed Aristoteles in tertio ethi. additā tam scilicet circa quid/ quę a Tullio comprahēditur sub quid & sic conuentū in sententia licet in versu discrepent. per circumstantiam quis intelligitur agens operationē qđ attenditū penes qualitates persone agentis ita qđ qualitas persone agentis constituit circumstantiam quis. nam doctus vel in dignitate cōstitutus peccans eodem genere peccati cū indocto vel non in dignitate cōstituto grauius peccat ratione circumstantię qđ / & sic circumstantia quis aggrauat vel diminuit. Scđa circumstantia ē qđ id ē circumstantia obiecti. & circa illā attēdenda ē magnitudo vel paruitas rei quę agitur quia secūdum hoc aggrauatur; vel minuitur actus. & ultra circumstantiā quid posita a Tullio ponit Arist. circumstantiam circa quid & per illam circumstantiā circa quid intelligitur obiectum circa qđ versatur operatio agētis / vt sortes percutit platonem ipse plato est circumstantia circa quid & percussio est circumstantia quid. vbi est circumstantia loci vbi fit operatio. quibus auxilijs est circumstantia instrumenti mediata quo fit operatio vt percutiens baculo vel ense. cur est circumstantia finis: sed circumstantia quō modo intelligitur ab Arist. scđm qualitatē & habitudinē operatis ad operationē hoc est an actus sit ex magno vel paruo conatu. sunt ergo precise in actibus humanis considerande iste septem circumstantię/ qđ multū faciūt ad laudē vel vituperiū. Vñ vt dicit. l. Tho. Cōditio causa ex qua substātia actus dependet non dicitur circumstantia / sed aliquid quā conditio adiūcta sicut in obiecto non dicitur circumstantia furti qđ sit alienum. quia hoc est de ipsius furti essentia sed qđ sit magnum vel paruum / & agens etiam absolute non est circumstantia quis/ sed agens secundum aliquā cōditionē: aut proprietatem quę non est de necessitate & essentia talis opatiōis. Si s̄ter dicendū est de alijs circumstantijs qđ accipiunt ex parte aliarum causarū. Non enī finis qui dat speciē actus est circumstantia/ sed aliqs finis adiūct⁹ sicut qđ fortis fortiter agat ppter bonū fortitudinis nō ē circumstantia/ sed si fortiter agat ppter liberationē ciuitatis vel populi captiui. Dicces. oēs. circumstantię ancludunt sub vna qđ ē mod⁹ agēdi: cū ex circumstantijs accipiat qđ bñ vñ male fiat sed hoc p̄tinet ad modū act⁹. i. ḡ. Dicit. l. tho. qđ duplex ē mod⁹ opatiōis. vñqđ ē scđm habitudinē scđm quā opatio ordīat ad

De círtunſtantíis actuum moralium. 15

hunc vel illū finē: & sic nō ponitur circūstantia ſpecialis/ quia debita ordinatio adhunc vel illum finem cōſurgit ex integritate omnū cír- cūstantiarū. Altomodo capitū modus p̄ o qualitate operationis ſecū- dū habitudinē ad ipsum agens: & illa qualitas operationis est q̄ ſit vehemens vellenta: ito modo modus ponitur circumſtantia opera- tionis: & ſic non omnes circumſtantiae reducuntur admodum prout eſt circumſtantia ſpecialis. ¶ Difficultas vulgaris eſt in ſcola an iſte circumſtantiae ſint cuiuslibet actus obiecta partialia/ & an requiratur actualis prudentia/ & an ſit dabilis alios actus intrinſece bonus. Pro ſolutiōe dicit occīā quolibet tertio quēſtiōe. 16. ſimilit in tertio ſen- tentiarū/ q̄ actus virtuosus eſt duplex/ quidem eſt extrinſece bon⁹ qui contingenter & indifferenter pōt eſſe virtuosus & vitiosus. Nam di- citut bonus ſolum prop̄ aſſiſtentia alterius actus quo de poſito am- plius non foret bonus. vt volitio eūdi ad ecclēſiam cauſata ex amore dei/ dicitur extrinſece bona/ quia propter aſſiſtentia amoris dei dicit bona & illa de poſita non amplius eſſet bona. Alius eſt intrinſecē bo- nus q̄ ſic eſt virtuosus q̄ nullmodo potest eſſe vitiosus. & primo nō dicitur intrinſecē bonus q̄ necessario ſit virtuosus/ quia nullus actus virtuosus neceſſario eſt/ nec ſecūdo dicitur intrinſecē bonus/ quia nō potest eſſe quin ſit virtuosus: cum poſſit eſſe a ſolo deo voluntate non concurrente. ſed dicitur intrinſecē bonus: quia non potest eſſe libere elicitus a voluntate quin ſit bonus & virtuosus. & iſta eſt propositio fundamētalis occīā: q̄ dabilis eſt aliquis actus intrinſecē bonus quē voluntas non potest elicer quin agat virtuose & quin ſit bene cír- cūſtantionatus. Ratio ei⁹ eſt/ capio actum virtutis ſit a quēto vel. a. eſt virtuosus intrinſecē vel extrinſecē: ſi intrinſecē, habetur propositum. Si extrinſecē: ergo eſt virtuosus ab alio actu propter illius aſſiſtentia. Iam quēto iterū de illo, vel eſt virtuosus intrinſecē vel extrinſecē. ſi intrinſecē/ ergo propositū ſi extrinſecē ergo ab alio: ergo erit processus in infinitum in actibus virtuosis/ vel tandem deuenientius ad vñū intrinſecē bonum qđ erat probandum/ & nullum aliud motiuū habet: quia certum eſt q̄ eſt aliquis actus virtuosus: ſed eius motiuū non eſt mul- tum apparess neq̄ forte/ & cōſequēter ponit talem propositionem/ q̄ cuiuslibet actus intrinſecē boni omnes circumſtantiae ſunt partialia obiecta. quia alias ſequitur q̄ nullus actus eſſet intrinſecē & neceſſario virtuosus ſed ſolum cōtinenter cuius oppofitum prius probatum eſt, antecedens patet/ quia ſi ſibi deficeret aliqua circumſtantia defice- ret obiectum: & per cōſequēs deficeret actus. nam vt dicit Diony. cō- formiter ad Aristotelē bonū eſt ex Integra cauſa/ ergo requirit oēs circumſtantias pro obiecto & ſi deficeret vna variaretur obiectum & per cōſequēs non eſſet idem actus. ¶ Sed probat. ipſe occīam q̄ actus intrinſecē bonus habeat omnes circumſtantias pro obiecto. & maxi- me de prudentia. quia ſi non ſequitur q̄ aliquis actus de non †

De círcumstantiis actuum moralium.

bono efficeretur bonus & de non meritorio; meritorius per positiōnem alicius actus mere naturalis qui nullomodo esset in potestate habentis actum īmo p̄tē naturale respectu illius, qđ sic patet, quia quēcumq; actum respectu quorūcūq; obiectorum aliorum adlecta ratione voluntas potest elicere: potest sine ea elicere cum sola apprehensione illorum obiectorum vt sortes habens volitionem dandi elemosinām propter deū causatam ex simplicibus appræhensionib; & non ex dictamine prudentiali: tunc illa non est bona moraliter propter defectum prudentiæ & potest aduenire prudentia mere naturaliter causata puta per causas necessitantes intellectum: quia illa propositio prudentialis potest deduci ex aliquibus evidentiis necessitantibus intellectum, & si adueniat illud dictamen prudentiale talis volitio erit moraliter bona quæ prius non erat bona ante aduentum illius dictamenti: ergo illa volitio de non bona efficeretur bona per aliquid quod est mere naturale scilicet per solam coexistentiam prudentiæ. Rursus si círcumstantiæ non essent obiecta partia illa actus: ergo esset possibile illas auferri ipso actu remanente & tūc talis actus non esset bonus quia deficerent círcumstantiæ. Difficultas apud occham quā tractat etiam Andreas in fine primi, habeo istud dictamen prudentiale solum/subueniendum est pauperi propter deū, & non habeo reflexionem super illud dictamen videlicet quia dictatum a recta ratione & elicio solum volitionem cōformem illi dictamini quæ volitio non est reflexa super dictamen ita q; non habet illud pro obiecto/an tūc sit bona & probatur q; sic/quia habet omnes círcumstantias requisitas ad bonum actum: quia est ab operante scienter elicita & propter hoc. igitur, diceret occhā q; non est actus bonus sed hoc est valde durum. Ideo dico q; actus dicitur intrinsece bonus dupliciter. Vno modo, quia non est bonus bonitate alterius actus a quo imperet sed bonitate sibi propria / & sic ille actus est intrinsece bonus sicut sortes diceretur albus albedine sibi intrinseca id est propria & non per albedinem alterius. Aliomodo dicitur intrinsece bonus, vt dicit occham, quia non potest elici a voluntate libere quin sit bonus & bene círcumstantionatus / & tunc secundum eum talis nō esset intrinsece bonus: quia sublato dictamine prudentiali amplius nō esset bonus. Item si dictamen prudentiale non esset partiale obiectum actus intrinsece boni: oporteret cōcedere q; alijs actus qui nō est bonus efficeret bonus propter aduentum alicius qđ non est in mea potestate sed necessario & naturaliter aduenit vt patet de dictamine prudentiali qđ adueniet naturaliter & evidenter. Dico q; occhā habet hoc concedere in actibus indifferentibus/imo etiam in actibus malis vt patet de isto actu quo nolo nūc subuenire platonī quem inuincibit credo non indigere ratis nolitio non est mala: cōtinuetur & tempore cōtinuationis causetur in me naturaliter necessario & evidenter iudic

De circumstantiis actuum moralium. 16

clum quo iudico q̄ subueniendum est platonī quia cognosco eul-
denter necessitatem platonis : tunc actus non malus per aduentum
aliquis pure naturalis efficietur malus & hoc habet concedere
occham conformiter ad dicta sua. Similiter q̄ aliquis actus malus
per aliquid pure naturale adueniēs efficietur peior vel transibit in
peiores per aliqd qđ non est in potestate habentis illum actum. ver-
bi gratia. volo carnaliter cognoscere bertas non est in potestate mea
quin berta nubat viro: continuo volitionem per horam in cuius pris-
ma parte berta est soluta: in secunda vero parte nupsit/talis volitio
efficitur peior per aliqd qđ nō est in mea p̄tate. quia trāsit de simplis
ci fornicatione in adulterium. Dices vnde ergo aliquis venit laudan-
dus vel vituperandus? dico q̄ in talibus nullus est laudandus vel
vituperandus quia sic dicit: sed quia aduentente illo dictamine li-
bere continuat. Multi alij doctores vt sco. dicunt q̄ non requiritur
ad actum intrinsece bonum q̄ habeat omnes circumstantias pro ob-
iecto saltem de prudentia q̄ non requiritur q̄ sit partiale obiectum
& durū videtur multū q̄ possit bene moraliter agere nisi reflectat se
supratale dictamen prudentiale: certum est q̄ simplices nec regulari-
ter docti reflectunt se sed solum considerant hoc esse agendum vel
non agendum: vnde intellectu dictante q̄ deus est super omnia dili-
gendus absq; quacunq; reflexione: absurdum est dicere q̄ volitio con-
formiter illi dictamini elicta nō sit bona. Itē sequeretur q̄ nullus pos-
set bene frui deo per actum bonum quin simul vteretur aliquo crea-
pater: sortes non potest habere adum voluntatis quin habeat actum
quo fertur in prudentiā apud opinionem occham. vel ille actus quo
fertur in prudētiā est vius vel fruitio. Si primum: ergo propositū.
Si secundū: ergo non est actus bonus sed malus: quia fruitio creature.
& sic oportet illos fateri q̄ nulla est fruitio bona quin simul sit vius:
aut quin illa fruitio sit vius: sed hoc videtur absurdum. cum multi me-
sentur circa deum qui non cogitant de creatura. Item manente actu
eodem habente omnes circumstantias pro obiecto potest illud dicta-
men prudētiā falsificari. verbi gratia . continuata ista volitione eli-
cita conformiter huic dictamini vero: subueniendum est platonī pau-
peri propter deum & quia dictatum perfectam rationem: possibile
est q̄ plato efficiatur diues me ignorante vincibiliter. tunc illud iudi-
cium continuatum erit erroneum: quo facto illa volitio continuata
conformiter illi dictamini transibit de bonitate in malitiam. dices q̄
non erit eadem volitio. Contra. manet eadem in genere entitatis.
quod sic patet. quandocunq; manent causæ quæ natæ sunt produ-
cere aliquem effectum poterūt conseruare illum eundem effectum.
sed manet eadem cause/ igitur manebit idē effectus/ puta eadē voli-
tio q̄ tūc erit mala/ ergo nō erat intrinsece bona. Solutio cōmuniſ

De circunstantiis actuum moralium.

est q̄ non p̄t manere eadem volitio: quia requirit specialis cōcursus dei qui non adest quādō tale iudicij est erroneū: cū deus non amplius auxilietur specialiter neq; specialiter cōcurrat ad iudicij erroneous. Sed ista solutio non valet apud occhā qui non ponit auxilium speciale. Item dato q̄ ille actus bonus corrumpatur tamen possum ego elicere nunc volitionem conformē dictamini quando est erroneous: igitur nulla causa remouebitur & erit eiusdem speciei cā primo. Preterea potest deus prohibere illum actum/quo facto possum adhuc continuare illuminante prohibitiōe. & sic esset iam malus/ igitur nō erat intrinsece bonus: & hoc est fortissimum argumentū cōtra Gregorium ponentem auxilium speciale requiri ad bene agendū. Ex dictis videt ut actus sit intrinsece bonus non requiritur de necessitate q̄ habeat prudentiam pro obiecto, vel actum sibi coexistentem qui habeat prudentiā pro obiecto sicut videtur pretendere occhā: sed sufficit q̄ sit prudentia assistens. & non sequitur/prudentia est causa partialis illius volitionis conformiter elicite/ ergo est obiectum partiale, nam notitia est causa partialis volitōis & tamen non est obiectū partiale. Sed pro ampliori declaratiōe huius materie dico duo tenendo q̄ p̄cepta sunt indispensabilita. prīmū est q̄ actus conformis dictamini recto dictante de omnibus circunstantijs vel fertur in materiam intrinsece & de sebonam: vel contingenter hoc est in casu bonam & in casu malam, tunc dico q̄ si talis actus feratur in materiam simpliciter bonam elicitar conformiter dictamini recto dictanti de omnibus circunstantijs & habet illud dictamen pro obiecto/ est intrinsece bonus, quia illud dictamen est necessariū & habet illud pro obiecto/ ergo voluntio illi conformis erit necessario & intrinsece bona/ vt istud dictamen iuste agendū est propter deū: est infalsificabile & necessariū: tunc ad sui conformis & habens illud pro obiecto/ est intrinsece bonus. Sed si sit dictamē contingēter verū puta circa materiā contingēter bonā: actus ei conformis & habens ipsum pro obiecto non est intrinsece sed contingenter bonus, vt subueniendū est huic homini: ista materia nō est intrinsece bona quis illud dictamen sit verum nunc nihilominus est contingenter verum: ergo volitio conformis illi est contingenter bona, quēadmodum dictamen contingenter est verum/ ita volitio illi conformis contingenter bona, tunc pono tres propositiones. prima. Ois actus conformis dictamini necessario & recto & habens illud pro obiecto est necessario & intrinsece bonus. Secunda. nullus actus conformis dictamini contingentē est intrinsece bonus vel malus. Tertia omnis actus conformis dictamini necessario malo & errore est intrinsece & necessario malus. De Castro dicit. q̄ nullus est actus intrinseco bonus, quia nullus est actus quin possit continuari contra dictamen erroneū & illa opinio ē multū probabilis, potest tamen defensari q̄ solum dilectio dei super omnia est actus intrinsece bonus; tenet

De circunstantiis actuum moralium. 17

do q̄ deus non potest prohibere suam dilectionem, sed difficultas est tenendo opinionē de castro q̄ nullus est actus intrinsece bonus propter prohibitionē superuenientem de actu conformi dictamini necessario, nam apud cū sunt aliqua dictamina prudētia cōtingētia/ vt danda ē elemosina paupi p̄pt deū illud est cōtingēs: q̄a deus potest prohibere ne detur elemosina pauperi propter deum inio p̄aecl̄pere q̄ occidatur pauper: ergo p̄t prohibere ne detur ei elemosina. Alia sunt dictamina necessaria scilicet negativa: vt istud non est dei precepto cōtraueniēdū illud est necessariū; quia istud est impossibile/ est precepto dei contraueniendum. Similiter apud eum istud est necessariū: non est occidens innocens auctoritate propria: quia istud est impossibile, est occidēd⁹ innocens auctoritate ppria/tunc sic si hoc est necessariū: non est dei precepto contraueniendum: ergo nolitio illi conformis est necessario bona, quia bene sequitur: est dictamini vero cōformis; ergo est bona. Similiter bene sequitur, est dictamini necessario cōformis: ergo intrinsece bona; vt ista nolitio; nolo contrauenire precepto dei: quia ratio dictat: & non potest esse illud dictamen non est cōueniendum precepto dei quia ratio dictat: quin sit verum. igitur. Quantū ad hoc/ nego q̄ illa nolitio, quae est cōformis dictamini vero & necessario sit necessaria & intrinsece bona. & p̄ isto suppono q̄ dupliciter intelligitur: q̄ alius se conformet alicui dictamini. Primo q̄ se cōformet dictamini imediate & proprie: & isto modo se conformare nihil aliud est q̄ facere ita esse sicut per dictamen dictatur esse faciendum. vel facere non ita esse sicut per dictamen dictatur non esse faciendum, vt se conformare huic dictamini, danda ē elemosina: est facere q̄ elemosina detur. similiter se conformate huic dictamini non est deus odiendus non est amare deum: sed non odire deum. Iam dico q̄ omīssio illius actus nunq̄ potest esse mala, quia si non potest prēcipi oīlūm dei: non potest illa omīssio esse mala. Aliomodo actus p̄t esse cōformis dictamini, quia agens vult: vel nult quod dictatur non esse faciendū. exemplum. sortes dictat nō esse cōtraueniendū precepto dei: tunc quando nullū actū elicit cōtra preceptū dei se cōformat priomō: sed q̄ nult taliter facere qualiter rō dictat nō esse faciendū se cōformat secūdomō. tūc dico q̄ ille act⁹ cōformis secūdomō nō ē necessario bon⁹ q̄a p̄t esse disformis alicui alteri iudicio recto, nam iste due simul stant in veritate non est cōtraueniendum preceptodei. & non eliciēdū illud nolle quo nolo conuenire precepto dei, quia potest deus prohibere q̄ non eliciatur illud nolle. quo posito illud nolle est alliquomodo cōformis primo dictamini. hoc tñ non sufficit ad bonitatem actus: quia requiritur cōformitas ad dictamen verum & q̄ nō sit disformitas alteri dictamini vero: sed non obstante cōformitate actus quo nolo cōtrauenire precepto dei: stat disformitas cū allo dictamine puta non est nolendum: & sic ille actus est

De particularibus circumstantiis.

contingenter quia est contingenter non difformis alicui alteri dicta mini ratiōis. valde facile defensari potest utraq; opinio q; est dabilis aliquis actus intrinsece bon⁹ & q; nullus est actus dabilis intrinsece bonus.

De particularibus circumstantijs.

Capitulum Septimum.

Dicitur determinatum est in generali de circumstantijs: nūc agendum est particulariter. ¶ Prima circumstantia particularis est q; q; ē circumstantia personæ. Et prīoq; ritut vtrū sicut circumstantia persone auget malitiam actus. ita augeat bonitatem. vt sortes & plato circa eandem materiam elicant actus similes & eodem conatu ita q; sit paritas aliarum circumstantiarum excepto hoc q; sortes est melior platonem: an actus sortis sit melior actu platonis. ¶ Hanc difficultatem pertractat monachus & respondet negative. q; talis circumstantia non auget actus bonitatem. ¶ Probat tali ratione. quia sequetur q; ille actus esset infinite bon⁹. Patet. supposito q; sortes aī elicitonē illius actus fuerit solum bon⁹ vt quattuor & plato vt duo: sic talis actus propter circumstantiā sortis quia sortes est bonus vt quattuor habet gradū bonitatis quā non haberet si sortes esset bonus vt duo. ergo per illum gradum boni tatis efficitur melior. ergo iste actus efficitur iterum melior per illam bonitatem. & sic in infinitum. ¶ Dico q; talis ratio non est multum pōderosa & soluitur sicut ratio de intentione actus & habit⁹. Alia ratio/ si circumstantia persone augeat bonitatem actus sequitur q; si sortes bonus eliceret duos actus virtuosos simul & semel scilicet actum liberalitatis & actum mansuetudinis q; actus liberalitatis esset melior q; si solus eliceretur. Patet/ quia elicitur a meliore q; si solus eliceretur. sed co nsequens est falsum. quia eodē modo ille actus mansuetudinis esset melior q; si solus eliceretur & inuincem illi actus essent causa meliorationis. Propter has rōnes tenet resolutorie q; circumstantia persone non auget bonitatem actus. ¶ Quantum adhuc dico q; est aliqua circumstantia personæ ratione cuius persona obligatur ad actum ad quem non obligaretur illa seclusa. vt sortes curatus obligatur ad administrāda sacramēta suo populo parochiano. Si titer sortes faderos obligatur ad continentiam qui alias non obligaretur. Ultra dico si sit circumstantia in persona ratione culus actus cadit sub præcepto & vbi talis actus habet illam circumstantiam pro obiecto: efficitur semper melior q; esset illa circumstantia seclusa. vt magis virtus sum est curato prædicare q; tenet q; sit theologo prædicanti solū ex consilio. ¶ Nam dicunt doctores. q; opus consilij ex voto est magis meritorium q; sine voto quia procedit ex maiori virtute; similiter descendit in proposito. ¶ Secundo. dico q; si sit talis circumstan-

ta in persona ratione cuius non oritur maior obligatio nec minor: illa non auget bonitatem cæteris paribus. ¶ Alia quæstio. vtrum beneficium collatum alicui aggraueat peccatum/ vt sortes sit melior q̄ plato. habeat gratiam: diuitias. vel scientiam: vel sit christianus & plato infidelis quæ omnia supradicta se tenet ex parte agentis vtrum actus malus elicitus a sorte sit grauius peccatum q̄ actus elicitus a platone non habente talia beneficia cæteris omnibus partibus exceptis illis beneficijs adeo collatis. videtur q̄ peccatum fortis non sit grauius. quia sequitur q̄ actu malo quocunq; signato absq; variatione illius quamcunq; malitiam posset habere: & q̄ in infinitum posset effici peior. Patet. quocunq; gradu malitiæ signato ex parte agentis potest esse aliqua circumstantia quæ nunc non est: quo posito talis actus esset peior q̄ prius. Hanc materiam tractat Altissidorensis in scđo & monachus. 22. secundū; si pro solutione sit prima propositio. Omne beneficium cognitum ex parte agentis aggrauat peccatum. patet. oē illā aggrauat p̄ctm rōne cuius actor peccati grauius punietur. deute. secundū; quātitatem culpæ erit & plagarū modus. sed ratione beneficij pro tali actu malo actor mali grauius punietur. igitur. Patet minor ex Gregorio in homelia. cū crescent bona crescent rationes donorum & vnuquisq; magis humilis esset debet quanto se cognoscit obligatiorem: igitur ex hoc beneficio oritur maior obligatio q̄ esset beneficio secluso. sed q̄to maior est obligatio tanto transgressio est peior: igitur. ¶ Scđa propositio. illud beneficium qd̄ alius habet de quo habet ignoratiā inuincibilē nō auget peccatum. Patet sic: dictum est p̄ omnis ignorantiā inuincibilis excusat a peccato: sed si talis sit alicuius circumstantiae particularis & nō cuiuslibet excusat a grauitate peccati proueniēte ratione illius circumstantiæ. ergo quis beneficium aggraueat peccatum: si de illo habeatur ignorantia inuincibilis non aggraabit illud peccatum commissum non obstante tali beneficio. Alia ratio monachi. beneficium collatum ab homine de quo habetur ignorantia inuincibilis nō aggrauat peccatum commissum in illum qui cōtulit. ergo beneficium collatum adeo de quo habetur ignorantia inuincibilis: etiā non aggrauat. aīs patet: si alius latenter posuerit in arca mea alias pecunias sicut fecit. s. nicolaus & post ea pecco in illū: illud beneficium inuinciliter ignorantia non aggrauat peccatum. ¶ Tertia propositio. illud beneficium de quo habetur ignorantia vincibilis tñ aggrauat peccatum. Patet: ignorantia aliculus circumstantie augmentis malitiam peccati si fuerit vincibilis nō excusat a tota malitia proueniēte illa circumstantia quis ab una parte excusat si fuerit crassa vel supīa. ergo si beneficium habeat aggrauate & habebatur ignorantia vincibilis: non auferetur tota grauitas proueniens rōne illius beneficij. ¶ Quarta propositio. Beneficium nō aggrauat p̄ctm scđm eadē p̄portionē scđm quā ē mai⁹ altero: hoc est

De particularibus circumstantiis.

intensum potest in aliquem effectum: minus intensum potest in similem effectum: licet etiam minus intensum, ut calor potens producere calorem in manum: in duplo remissior calor potest producere remissiore calorem in manum. & adhuc remissior calor hoc poterit: & breuiter non est dabilis calor quin possit aliqd caloris in manu producere. & hoc vt suppono seclusa resistentia. ¶ Et sic concluditur quod omnis actus potest producere aliquid habitus, sed illud non vocatur habitus: cum deficiat connotatio: scilicet quod sit de difficulti mobilis a subiecto, sed vocatur dispositio: scilicet quod actus est ita remissus quod non valet habitu permanentem producere sed solu aliqd remissius eiusdem tamen rationis cum habitu. ¶ Contra istam maximam instatur ab Occhâ quarto quolibeto de notitia intuitiva que causata a propinquu quo & non a remoto sufficit causare iudicium quod sortes sit homo: & tamen ipsa causata a propinquu non differt a se causata a remoto nisi penes intensum & remissum. igitur. Respôdet apud Occhâ in prologo sententiarum quæstione prima. quod notitia intuitiva sortis cum sola specie visibili non est sufficiens causare iudicium affirmatiuum immo potius iudicium negatiuum quo scilicet iudicatur quod sortes non est. vt si a solo deo conservaret forte non praesente. quia ad hoc quod possit cum specie visibili causare iudicium affirmatiuum requiritur obiectum praesens quod concurreat cum eis ad causandum illud iudicium affirmatiuum. Secundo supponitur & est notum in philosophia quod agens naturale aliquod est potens solum a propinquu producere unum effectum: & non a remotis: & tamen a remotis est natu & potest causare alium effectum. vt lumen solum a propinquuis potest producere calorem: & tamen a remotis potest producere lucem sic. de obiecto dicitur quod a propinquuis solum potest producere & concurrere ad iudicium affirmatiuum puta quod sit sortes: & a remotis potest producere notitiam intuitivam sui. Dico igitur quod non prouenit ratione notitiae intuitive quod a propinquuis causetur illud iudicium affirmatiuum & non a remotis: sed hoc solum prouenit ab obiecto. & hoc ideo: quia obiectum est talis naturæ seu quia obiectum est obiectum. nam illa notitia intuitiva quæcumque est de se est nata concurrere cum obiecto ad illud iudicium causandum siue a remotis siue a propinquuis siue intensa siue remissa. Vnde dico quod si illa notitia intuitiva remissa quæ causatur ab obiecto remoto maneret omnino eque remissa obiecto iam a proprioquato causaret cum obiecto iudicium affirmatiuum quod sortes est: licet illud iudicium etiam esset minus intensum / & valde remissum. ¶ Aliud argumentum contra illam maximam scilicet quod omnis actus quæcumque remissus causat aliquid habitus in subiectum indifferens. sequeretur quod ab aliquo habitu causaretur aliquid actus: & idem habitus causaretur ab eodem actu causante habitum: & sic idem esset prius & posterius seipso / & causaret suam causam. quo nihil est impossiblitas. igitur. patet antecedens.

capiō sortem: qui nullum habitum habet temperat̄ie: nec intemperat̄ie: & incipiat actū elicere tēperat̄ie p̄tialiter: qui in fine hore erit intensus vt octo. tūc sic in fine horē erit habitus p̄duc̄t ab illo actu: & sit. b. & ille actus sit. a. tūc. a. producit. b. & producit ab ipso. b. patet. & diuīdo vtrūq; per partes p̄portionales maioribus terminatis versus instās p̄sens initiatiū. tunc prima pars a. producit primā partem. b. & prima pars. b. producit secundā partē. a. patet. quia p̄cesdit eam: & est nata producere consimilem actum a quo producta est igitur. & vltra. secunda pars. a. p̄ducit secundā partē. b. & scđa. b. tertiam. a. & sic in infinitū. igitur. ¶ Respondeatur negando sequelam. & concedo q̄ a producet totū. b. & negatur q̄ a producatur a. b. Et ad probationē. aliqua pars a. producitur a. b; concedo. & aliqua p̄s b. producetur ab. a; concedo. & iterum alia pars a. producetur a. b. & sic cōsequēter. igitur. a. producetur a. b; negatur cōsequētia. Et sit prima propositio. Cuiuslibet partis actus a. aliqua productur ab habitu. b. siue ab aliqua parte habitus. b. & tamen est aliqua pars actus. a. quæ non producitur ab habitu. b. scilicet prima medietas: quæ non producit a. b. Prima pars probatur. quia quacūq; parte data illa habet duas medietates quarū secundā precedit aliqua pars habitus b. que concurrebat ad producendū illam secundā partem. & scđa pars probatur. quia prima medietas secundum cuiuslibet sui. aliquid precessit quamlibet partem. b. & totum. b. igitur. Secunda propositio. Quilibet pars a. producit aliquid b. & tamen multe producunt a. b. & hoc non incōuenit respectu diuersarū partium. nam nunq; eadem pars producit ab illa parte quā producit: sed secundum diuersas partes actus a. producit b. & ecōtra. ¶ Sed est impossibile & implicat q̄ vna pars adequata actus. a. producat vnam partem adequatā habitus b. & q̄ illa producat illam partem actus a. a qua est producta illa pars habitus. b. nam sicut implicat q̄ aliquid sit prius & posterius tempore seipso ita & natura.

De corruptione habitus.

Cap. XVIII.

Dictum est q̄ non semper quilibet actus producit aliquid de habitu: quando est in subiecto resistentia habitus contraria. Secundo dictum est: quando in subiecto non est habitus contrarius: quilibet actus est sufficiens ad producendū aliquid eiusdem speciei cum habitu. Vnde si magnus actus sufficiat producere actum int̄esum: quilibet eiusdem speciei differēs solum penes int̄ensem & remissum ab illo propter remissionem erit sufficiens producere habitum licet remissum. Nunc vero agendum est de corruptione habitus. Vtrum videlicet corrumpat habitus solum per acta contraria actibus ad quos inclinat. Arguitur q̄ non. q̄asi sic: apud ponentes habitū circa prima principia per se nota ille habitus esset incorruptibilis: quia non potest haberi actus contrarius: hoc est dis-

De corruptione habitus.

sensus circa prima principia vel assensu contradictori⁹. ¶ Si liter habitus genitus ex actibus quibus appetimus beatitudinem non esset corruptibilis; quia non potest haberi actus contrarius; cum nemo potest nolle beatitudinem vel velle miseriā ergo ille habitus esset in corruptibilis. ¶ Preterea aliqui habitus corrūpuntur per solam cessationem sine positione actuū cōtrariorum patet experientia docet si alius alicuius cōclusionis habitum ex multis actibus acquisuerit si longo tempore perseveret sine actu ad quem inclinat talis habitus illius obliuiscetur ergo erit corruptus & non per contrarios actus ergo corrumpitur habitus per cessationem ab actu & non solum per actus cōtrarios. ¶ In oppositū arguitur habitus remanet sine actu ad quem i inclinat etiam in esse intenso per aliquod tempus ergo si non superueniat alia causa q̄ cessatio ab actu talis habitus manebit in perpetuū pater iste habitus in isto tēpore nō diminuit ergo iste habitus in isto tempore habet oēs causas conseruantes & non deficit aliqua requisita ad conseruationem sed in quocunq̄ magno tempore cesseretur dūmodo nō ponatur actus contrarius remanent eadem cause conseruantes ergo si habitus corrumpatur solum corrumpitur per contrarios actus. ¶ Pro solutione notandum in communi philosophia q̄ aliquē effectū corrumpi non contingit nisi trīpliciter & adhuc duo illorū modorū corruptibilitatis sūt p accidēs & ali⁹ est p se. Primo corrūpit ali⁹ effectus p corruptionē subiecti & isto mō corrūpuntur sensationes existentes in bruti que sunt immediate in aīa sensitiva que post mortem bruti nullo modo remanēt; immo oīno corrūpuntur talis corruptio sensituum est per corruptionē subiecti & per accidens. Secundo corrumpitur accidens per effectus non per causam cōtrariā sed solū per defectum cause cōseruantis ut per absentiam corporis luminosi corrūpitur lumē similiter notitia intuitiva corrūpitur per accidēs scz per absentiam obiecti. Altro modo corrūpit effectus per se scz ad positionē cause cōtrarie & hoc virtualiter vel formaliter virtualiter videlicet q̄ potest pducere effectū cōtrarium vnde actus tēperantie nō est cōtrarius formaliter habitui intē perātie quia se cōpatiunt in eodē subiecto sed solū virtualiter sicut aqua cōtraria virtualiter caliditati q̄a potest pducere frigiditatē q̄ cōtraria calidirati. ¶ Hoc supposito videndum est de corruptione habitus & hoc loquēdo de habitibus in aīa intellectua quia nō est difficultas de habitibus in aīa sensitiva cū corrūpūtur ad corruptionē eius cum sit corruptibilis sed solū loquimur de habitib⁹ in subiecto incorruptili per naturam ut est aīa intellectua & similiter loquimur de habitibus acquisitis & non infusis qui corrūpūtur per cessationē cōseruātis scz dei ppter nostrum demeritum. Si ergo habitus acquisitus naturaliter non corrumpit per corruptionē subiecti quia est in subiecto incorruptibili quoniō ergo corrūpit oportet ergo q̄ vel

cessationē ab actu: vel p positionē actuū cōtrariorū actib⁹ ex qb⁹ gēt⁹ est. S. tho. prima scđe. q. 53. dicit q habit⁹ nō possunt corrūpi per se: sed solū per accidēs: puta per cessationē inq̄tū ex illa cessatiōe ponit actus cōtrari⁹. cessatio pmitit actuū cōtrariū quā nō pmitteret nō ces satio, nec corrūpunt ad desitionē cōseruātis: ya nō depēdēt a cōseruā te nisi in produci & nō i cōseruari. Dicit tho. ibidē: & cōsequēt occā in quarto qst. 12. q habit⁹ qcūq⁹ existens in intellectu nō pōt corrūpi nisi per positionē actuū cōtrariorū: vel per desitionē alci⁹ necessa rīo req̄siti ad cōseruādū illū. Et ad argumēta. seq̄t q ille hit⁹ circa pri ma principia esset incorruptibilis: cōcedo. & hoc substīnēdo q intellectu nō pōt dissētire primis p̄c̄p̄tis. Sifit habit⁹ q causat ex volitōe q desidero beatitudinē qa nō possum nolle quīs possim cessare. occā tñ tenet oppositū in fine tertij; sed scđm opinionē ille habit⁹ est incorru ptibilis per naturā q causat ex actib⁹ volēdi beatitudinē: & ex actib⁹ nolendi misertā. Sed de habitu sciētē: aliquis est diu habituat⁹ circa aliquā cōclusionē: si diu cessebat ab actu nō poterit elicere actu: & nō est corruptibilis per act⁹ cōtrarios, oportet ergo q per solā cessationē ab actu. ¶ Respondet Occā in quarto qst. p̄dicta in solutiōe primi du bi⁹ dicēs, vel corrūpi⁹ habit⁹: qa deus per cessationē diuturnā actuū desinit cōseruare. v̄l corrūp̄t: qa i corpore sūt aliq̄ qlitates p̄ducte ab actib⁹ illis que per alterationē corrūpunt q necessario requiri ad cōseruationē hit⁹ p̄ qto ille qlitates intēse regrūt ad hoc q sensus cō munis habeat suos actus: & ad desitio nem specierum sensitiuarū in pte iteriori p̄p̄t alteratio ne illarū. ¶ Dico tertio q ille idē hitus manet. Cōtra, p̄ diuturnā cessationē nō pōt recordari illi⁹ cōclusiōis. ve rū ē/ & nō nisi p̄p̄t defectū illi⁹ habit⁹, nego imo p̄p̄t defectū alci⁹ cause q necessario requirit cū intellectu & hitu ad exeūdū i actu, & il la cā ē aliq̄ qlitas corporalis extēsa i phātasmate q corrūp̄t: & ad desi tione sp̄rū sensitiuarū in pte iteriori p̄p̄t altationē. Ideo nō ē ex ce ssatiōe ab actu: sed ex corruptiōe alci⁹ corporis, vt dicitū ē. ¶ Et ista ē resolutio color & p̄babiliōr v̄z q nūq corrūpi⁹ hit⁹ acq̄sīt⁹ nālliter n̄li p corruptionē subiecti vel p corruptionē cōseruātis. vel p act⁹ cō trarios actib⁹ ad quos iclinat ille hit⁹: qa sūt p̄ductiū hit⁹ cōtrari⁹. Ex quo seq̄t q dinuit hit⁹ p act⁹ cōtrarios. vñ hicut ignis applicat⁹ fr̄ gido/prio corrūp̄t vnā pte & sic cōsequēt⁹: & q̄cito ē corruptū illd to tu frig⁹/incipit p̄ducere calorē p̄taliit: eodē mō sortes hituat⁹ in hitu tēperātie elicit actu intēperātie: si sit intēsus corrūp̄t aliqd de illo hitu & postea illo corrupto totalit̄ producere inciplet p̄taliit aliqd de hitu intēperātie. & hoc tenēdo q qlitates cōtrarie nullo mō se cōpatiūtūr in quibusq⁹ gradib⁹: & sic dicendū ē de quibusq⁹ agētib⁹ natura lib⁹, vbi ergo nō possūt elici actus cōtrarij: tunc talis habit⁹ nō est cor ruptibilis per naturā. Et dicit. S. Tho. qn̄ act⁹ nō habēt act⁹ cōtrarios vt ad p̄mōrū p̄c̄p̄tōrū hitus illorū nō possūt corrūpi a cōtrarijs.

De contrarietate habituum;

De contrarietate habitum. Cap. XIX.



Onsequenter dicendum est de contrarietate habituum; Vnde apud modernos ut occhā in tertio questione octaua cōmūniter ponitur ista propositio. Quandocūq; sunt duo habitus & actus ad quos inclinant sunt incompatibiles seu contrarij: tales habitus erunt contrarij. & breuiter non potest cognosci cōtrarietas habituum seu incompatibilitas: nisi penes incompatibilitatem vel contrarietatem actuum ad quos inclinant. Exemplum. actus temperantie & actus intemperatōe sunt incompatibiles & contrarij adinuicem / similiter & habitus inclinantes ad illos actus. similiter assensus fidei & assensus euidens circa eandē cōclusionē sunt incōpatibiles: ita & illi habitū ad istos actū inclinātes. ideo incompatibilitas & contrarietas habituum est attendenda ex incompatibilitate & contrarietate actuum ad quos inclinant. patet. aliquid habitus sunt contrarij: alias staret aliquid esse simul temperatum & intemperatum. & non potest attendi illa incompatibilitas habituum nisi penes incompatibilitatem actuum temperantie & intemperantie. Igit. Consequenter dicensū est q; aliquādo vnum actus est incompatibilis duobus actibus simul cuius habitus est compatibilis duobus habitibus illorum duorum actuum. ideo quis non sit concedendum q; aliqui duo habitus sint adinuicem compatibiles quorum actus sunt incompatibiles: nihilominus est concedendum q; aliquid actus est incōpatibilis duobus simul iunctis: & tamen habitus illius actus est compatibilis duobus illis habitibus simul iunctis illorum duorum actuum quibus actus illius habitus erat incompatibilis. vt dissensus conclusionis est incompatibilis assensibus duorum quorum primo assentio antecedenti & secundo assentio bonitati consequentie illa duo non stant cum dissensu cōclusionis: quia q; assentit maiori minori & bonitati cōsequētie de necessitate assentit conclusioni: & tamen habitus qui causatur ex dissensu conclusions compatitur illos duos habitus. patet minor. sit sortes qui dissentiat frequēter alicui cōclusioni: tūc acquirit habitus. volo q; frequēter ad ueritatē circa bonitatem consequentie & non circa antecedens iam causatur habitus circa bonitatem consequentie. postea aduertat frequenter circa antecedens & nō circa bonitatem consequentie tunc assentiet antecedenti & ex illo assensu frequenti antecedentis causa bitur habitus / tunc talis habebit tres habitus se compatibiles quorū actus vnius puta dissensus est incompatibilis cum duobus actibus alterorum duorum habituum. ergo propositum. Contra predicta arguitur probando q; sint dabiles duo habitus se compatiētes produci a duobus actibus incompatibilibus inter se. Caplo habitum opinatiuum. a. propositionis: & sortes eliclat circa. a. propositionē assensum fidei vel assensum scientificū. tunc sic. postq; elicit actū pri-

thum non est adhuc corruptus habitus opinatiuus & est productum aliquid de habitu sc̄lētifico vel fidei si sit assensus fidelis, ergo in ipso est habitus incompatibilis cū habitu opinatiu. minor patet quia deinceps reperiet se magis habilitatum ad assentiendum q̄ prius. Distinguo ut dicit occhā in tertio questione octaua, vel q̄ reperiet se magis habilitatum priuatue: hoc est minus habilitatum ad contrarium, vel q̄ reperiet se magis habilitatum positivue: & sic negat. Dicit enim sicut est in formis materialibus ita in istis, nam si ignis debeat producere calorem in aquam: oportet q̄ primo corruptat totum frigus: deinde incipit producere calorem, similiter iste assensus primo corruptit habitum contrarium: deinde incipit producere habitum contrarium positivue. Aliud argumentum apparentius. sum habituatus circa. a. propositionē habitu opinatiu, habeam notitiam intuitiua que sufficit immediate causare assensum certum & euidentem de. a. propositione, tunc cum erit obiectum absens ad quam terminatur illa notitia intuitiua, & formādo. a. propositionē assentiam firmiter illa apprehensio abstractiua cum potentia non sufficit causare assensum firmum: quia esset per se nota, ergo preter illam apprehensionem & potentiam est aliquid in intellectu concurrens & non videtur nisi q̄ sit habitus: & sic ille habitus erit compatibilis habitui opinatiu. ¶ Respondeatur, cum sic arguitur capiendo sorte multum habituatum circa a propositionem assensu opinatiu obiectū cū notitia intuitiua, sufficeret causare assensum euidentē illius propositionis, tunc sic, si post istum primum assensum remoueatur obiectum & presentetur talis propositio: assentiet firmiter. Dico q̄ post talem primum assensum si solum presentetur talis propositio cum notitia apprehensiua sine notitia intuitiua & sine motiuo non poterit assentire neq̄ euidenter neq̄ firmiter.

De coefficientia habitus. Cap.XX.

Dicitur Am videndum est de coefficientia habitus. Vtrum videat licet habitus coefficientiam habeat cum potentia ad actum producendum: ita q̄ partialiter attingant ipsum actum & pronūc̄ loquimur de habitibus acquisitis quia postea de iustis erit sermo. Et sit prima p̄positio. Quilibet habitus existēs in aliqua potentia partialiter concurrat cum illa potentia ad consimilem effectum producendum in specie ex quo est genitus, patet vñica ratione, alius habitus concurrat partialiter, ergo & quilibet: quia non videtur maior ratio de uno q̄ de alio, patet antecedēs, illud quo remoto & omnibus alijs positis non posset effectus ponii cōcurrat partialiter ad illū effectū si sit extrinsecum: quia si esset intrinsecum concurreret in genere cause vel materialis vel formalis, vnde est maxima & per nihil aliud potest ostendi q̄ aliquid concurrat ad

De coefficientia habitus.

aliquid ponendum: nisi quod posito illo de necessitate ponit aliud & removet illo remouet aliud, sed habitus est huiusmodi in ordine ad actum suum, scilicet sustinendo quod illud quod manet in absentia obiectum est habitus, si talis qualitas quod manet obiecto alias intuitu non esset: & oia cetera manerent non est possibile quod producat distincta notitia abstractiua illius obiecti: quod alias potuisse pducari abstractiua aenam obiectum suisset intuitum, ergo habitu remoto alijs remanentibus non potest actus pducari. Et ista ratio est euidens quod habitus concurredit in genere cause efficientis; videlicet Occidens: tertio quolibet, 20. & 21. q. s. Dicit preterea quod aliquando re-
quilibus habitus ut effectus pducatur, aliquando non ut pducatur simplicitate
talis effectus: sed ut producatur interior: ut in actibus voluntatis: &
in notitiis abstractiua. ¶ Contrariu huius opinonis tenet Durandus
in tertio dist. 23. quest. 2. quod habitus non concurredit effectiue ad actum producendos. Et prima eius ratio talis est: illud quod per se ipsum facit ad intentionem alicuius actus potest etiam per se producere talum quod remissum si non ponatur obstatulum, sed sic est quod habitus non est per se sufficiens ad producendum actum: quia requiritur quod potentia concurredit,
ergo non est per se sufficiens ad intendendum actum. Maior patet, cum intentio actus non sit nisi per additionem partis eiusdem speciei cum toto actu, ergo si non ponere obex maioris resistente quod passum sit actui tatis: & non ponetur obex/habitus solus pducere actum, quod est inconveniens. ¶ Ad istam rationem dicitur quod duplicitate intelligitur quod esse illud quod est per se sufficiens ad intendendum actum sit per se sufficiens ad producendum actum. Vno modo quod ad intendendum effectum illud per se solu concurredit actiue, & isto modo quod est per se sufficiens ad intendendum est per se sufficiens ad producendum similem in specie. Alio modo quod sit per se sufficiens ipso solo superaddito cause precedenti fit intensior etiam causa precedente concurrente: & sic nego quod omne illud quod est per se sufficiens ad intendendum isto modo sit per se sufficiens ad producendum. unde non est imaginandum quod una pars actus producatur a sola potentia: & alia pars a solo habitu/imo totus actus producitur a potentia: sed non totaliter: & totus actus pducatur ab habitu: sed non totaliter: & ipsa potentia secluso adiutorio non produceret ita intensum. ¶ Altera ratio Durandi est, capio sortem qui assentiat alicuius propositioni ex sola ratione topica/ex illo generatur habitus si postea assentia illi propositioni ex illa sola ratione non assentiet clarius quis sit habituatus: & antea non erat. ergo habitus non coagit effectiue ad producendum actum. ¶ Cum arguit, non assentiet clarius, dico si intelligatur clarius, i.e. euidetius; concedo. vel clarius, i.e. firmius vel scilicet minus formidolosus: & sic nego, imo dico quod ex illa ratione topica: & habitu pducatur opinio minus formidolosa, similiter assensus demonstratiois etiam causatur ex habitu erit interior: & sic euidetior. Contra, si habitus pducatur actum: ergo sequitur quod effectus concurredit partialiter ad producendum suam causam, patet, actus causat habitum & ecotram, Dicit occidens ubi

supra & primus actus non causatur ab habitu sed ab alijs causis, qd patet, quia primus actus est causa efficiens: habitus: ergo non causatur ab eo: quia idem numero non potest esse causa & effectus respectu eiusdem. Sed primus actus qui causatur in potentis apprehensionis in absencia obiecti causatur ab habitu ideo non omnis actus causatur ab habitu. Contra, in causis efficietibus essentialibus non est circulus: sed actus est causa-efficiens habitus. ergo habitus non est causa actus. Rñdet qd in causis essentialibus potest esse circulus quum ad speciem: sed non quod ad idem numero, nunc autem unus actus est causa habitus: scz primus: quia sine eo non potest esse habitus naturaliter & postea habitus est causa non illius actus sed alterius & ille actus bene augmentabit illum habitum. Sed contra probatur qd habitus ille sit causa eiusdem actus numero, quia actus primus generans habitum potest continuari cum habitu: & tunc habitus ille generatus conseruabit illum actum. Rñdetur qd non est inconveniens qd effectus sit conseruatiuus sive cause efficientis in eodem subiecto: & ita est in pposito qd habitus generatus ex actu primo melius conseruat illum actum qd posset conseruari sine illo habitu. Difficilias, dictum est qd habitus concurreat ad actum producendum. Vtrum habitus cum potentia secluso altero sint cause sufficientes ad productionem actus. hoc est anteq sim habituatus ad producendum actum scientificum aliquid requirit ultra potentiam: scz demonstratio, vtrum habitu in me generato iste habitus cum potentia sine demonstratione, i.e. sine illa causa sint sufficientes ad producendum actus scientificos. Et appetit qd non habitus causatus ex assensibus causatis per notitiam intuituam sine notitia intuitiva cum potentia non sufficient ad causandum similes actus ut ex assensibz frequentatis qd sortes est generatis ex notitia intuitiva causat habitus ex illo habitu & potentia non possum extire in istu actu qd sortes est sine notitia intuitiva: quia si possum ex sola abstractiva cum potentia: sequitur qd ista sortes est esset per se nota: qd ad ppositionis per se nota assensum sufficient notitie intuitive vel abstractive terminorum. ergo habitus cum potentia seclusa alia causa non sunt cause sufficientes ad producendum actu. In oppositum arguit, dicit Arist, qd habitus vtrum cum volumen, ergo habitus certus ex assensibus de monstratiolis cum potentia sufficient ad causandum habitus scientificum sine demonstratione. Pro solutioe ponit pp. nūq habitus intellectus cocurrerit ad actu suum producendum nisi voluntate partialiter cocurrentibus aliquibus causis naturalibus partialiter cocurrentibus que intellectum necessitatent ad illum actum etiam secluso habitu. patet ista propositio. Si habitus sine concurso voluntatis & sine concurso causarum necessitatium posset concurrere ad actu intellectus: ergo ille habitus cum intellectu essent cause sufficientes ad producendum actum, & sunt pure naturales: ergo quando simul funguntur ille actus producitur, patet causis.

De concursu habituum ad actus.

tales, ergo quando simul iunguntur ille actus producitur, patet, causis pure naturalibus positis sufficientib⁹: de necessitate sequitur effect⁹, & sic habituatus necessario semper esset in actu intelligendi: quod est falsum, unde habituatus in notitijs abstractiu⁹ non potest exire in notitiam abstractiu⁹: nisi per concursum voluntatis necessitatetur intellectus ad exeundū in illā abstractivam. Eodem modo oportet de necessitate confiteri: q⁹ ad actu⁹ scientificū non pōt potētia cū habitu extre: nisi per imperiū voluntatis vel p demonstrationē necessitatē intellectum. Ideo situatus cum intellectu habens habitum scientificū alicuius conclusionis potest sine demonstratione per imperium volūtatis exire in actum habit⁹: & hoc apparet verū. Nam habens habitum fidei sine motu per imperium voluntatis potest exire in actu⁹ habitus illius. ¶ Contra, non potest habituatus per notitiā intuitiu⁹ exire in actum: q⁹ sortes sī sine notitia intuitiva, ergo non potest habituatus in demonstratione exire in actum per imperium voluntatis sine demonstratione. Dico q⁹ non est simile, nam aliud est loqui de necessitatib⁹: & de contingentibus, non possum habere notitiā contingētis euidentem nisi obiectum sit presens: sed non requiritur in necessitatib⁹ notitia intuitiva: & ad notitiam euidentem sufficiunt tria.

De concursu habituum ad actus.

Capitulum. 21.

Restat nunc videre ad quos actus concurrit habitus, utrum habitus solum concurrat ad actus eiusdē speciei: cū illis ex quibus genitus est, vel utrū aliquando cōcurrat ad actus differentes spē ab illis qb⁹ est genitus. ¶ Prīo notandū, vt dicit Occhā in tertio, q⁹ duplicitē habitus cōcurrat ad actu⁹. Vno mō īmediate/hoc est dictu concurrit ad actum taliter q⁹ non concurrit per prius ad alterum effectum q⁹ ad illum. Alio modo īmediate, hoc est īmediate concurrit ad alterum actum: & iste alter concurrit ad istū secundum. ideo habitus concurrit īmediate ad illū, vt habitus principiorum concurrit īmediate ad habitum conclusionis: & īmediate ad actu⁹ siue assensum principiorum: & assensus principiorum īmediate ad assensum conclusionis, par forma habit⁹ finis concurrit ad actu⁹ medijs īmediate: & īmediate ad actu⁹ finis. ¶ Hoc supposito ponitur talis ppō cōmuni apud docto, q⁹ habitus nunq̄ concurrit īmediate nisi ad actus eiusdem speciei: cū illis ex quibus genitus est: sed īmediate bene concurrit ad actus differentes specie: sicut dictum est de habitu principiorum & conclusionis qui differunt specie. Probatur propositio assumpta, nunq̄ habitus concurrit ad actus nisi sint intensius latenter intensius reddant habitum intēsorem: sed actus differētes specie a p̄cedentibus actibus non possunt producere partē eiusdē speciei in habitu cū parte quā p̄cedentes p̄duxerūt, nā si sunt act⁹ differētes spē habebūt effect⁹ differētes spē: iō effect⁹ adeq̄t⁹

De concursu habituum ad actus. 39

productus ab ipsis erit alterius specie ab effectu adequato producto ab alijs specie differentibus: quia nulla causa pure naturalis habet effectus adequatos differentes specie: ergo propositum verum. Contra hoc arguitur ex cōmuni resolutiōe doctorum. Amor alicuius oblecti causatus ex notitia intuitua differt specie ab amore causato ex notitia abstractiuā, vñ dicit sc̄o, in quarto, q̄ fruitio beatifica differt specie a fruitione vie: quia vna causatur mediante notitia intuitua/ alia vero mediante notitia obscura. Similiter, sortes ex notitia intuitua platonis dilexit eum, iam habet habitum acquisitum diligendi eum. sit plato absens: & habeat notitiam abstractiuam, ipse sortes feruentius diligit q̄ si nunq̄ dilexisset, ergo habitus concurrit ad actum diligendi: & talis actus differt specie ab actibus diligendi ex quibus talis habitus genitus est: ergo habitus concurrit ad actum differenterem specie illis a quibus emersit. ¶ Præterea, sit sortes qui prius vidit platonem frequenter: & iudicabat platonem esse per illam notitiam intuituam, iam platone absente/ per illam abstractiuam iudicabit euidenter platonem fuisse: & ad istud iudicium non sufficiunt notitiae abstractiue cū intellectu: ergo concurrit aliquid aliud: & non vis detur quid sit illud præter habitum: ergo habitus concurrit ad illud iudicium quo iudicat platonem fuisse: & tale differt specie ab illo iudicio ex quo habitus est genitus: nam ista duo iudicia quibus iudico platonem esse & platonem fuisse specie differunt: ergo habitus &c. Et istud argumentum est multum apparens: & videtur cōcludere. Si dicas q̄ ad istud iudicium causandum plato fuit/ sufficit notitia abstractiuā: tunc inferam q̄ talis esset per se nota, qđ est falsum: quia ad per se notam sufficiunt intuitiue vel abstractiue terminorū, certū est q̄ si sortes prius iudicauerat platonē esse qñ videbat eū/ & iam aduertat, iudicat q̄ plato fuit imo lūramēto affirmaret: & est ei euidenter notā ad istud iudicium causandū non sufficiunt notitiae abstractiue: q̄a tunc essent per se nota: vt dictū ē, ergo aliqd aliud cōcurrerit: & nō videt nisi habitus, ergo hit⁹ concurrit ad actus differētes specie ab illis ex quibus genitus est. Item dicit magister Martinus in prima questione de fortitudine conclusione septima q̄ habitus fortitudinis aggressiue vt habitus generatus ex frequētibus volitionibus volo fortiter aggredi inimicos imēdiate concurrit ad actum fortitudinis cōfusum puta ad istum actum/ agendum est fortiter, qui tamen differt specie a primo actu/ qm̄ secundus actus fertur super aliud oblectum q̄ primus actus ergo habitus al/ quando concurrit ad actus differentes specie ad illis ex quibus genitus est. ¶ Vnde apparentia est: q̄ vbi habitus habet pro partiali obiecto obiectum alterius actus ab illo a quo genitus est: q̄ concurrit imēdiate ad illos actus: qui quidem diuersē sunt speciei cum diuersorum sint obiectorum, Similiter habitus mediorum & finis qui est vnicus: vt tenet Martinus cōformiter ad Gregorium: cō-

De concursu habituum ad actus.

currit immediate ad actus mediorum; & ad actus finis; & ad actus utriusque simus: qui tamen omnes differunt specie adinutem. ¶ Respōdetur ad illud argumentum de sorte qui iudicat euidenter platonem fuisse quem frequenter intuitus vidit. concedo totum q̄ ipse sic euidenter iudicat, & nego q̄ hoc sit ab habitu ibi derelicto: sed dico. q̄ nisi recordetur se alias sortem esse; & se iudicasse sortem esse nunq̄ assentiet illi propositio: sed ista ratio quam potest habere: sufficit ad hoc scilicet recordatio q̄ alias vidit eum. Vnde bene sequitur. alias euidenter iudicauit sortem esse, ergo sortes tunc sunt. si iam recordor me alias iudicasse sortem esse/ per istam rationem possum habere iudicium eiusdem consequētis/puta q̄ sortes sunt. ¶ Replicat sic, quero a quo causatur iste assensus quo iudico me alias sortem vidisse/ vel ex solis notitiis apprehensius abstractius de iudicio p̄terito, vel causat ab alio quo alio. si primū: ergo illa erit mihi p̄ se nota. q̄a sufficiūt apprehensione abstractiue per te, & non habeo nisi notitias abstractivas: q̄a tale iudicium non est imo non habeo nisi abstractiua illius iudicij p̄teriti. ergo oportet dicere: q̄ iudicium causat partialiter ex habitu derelicto & causato ex illis assensibus quibus iudicabā sortem esse euidenter: & isti actus differunt specie ab actibus p̄cedētibus. Vel sic, & clarius, ergo oportet dicere q̄ illud iudicium quo nunc iudico sortem fuisse vel vidisse causatur ex habitu derelicto. sed ille est causatus ex actu alterius speciei: scilicet ex assensu causato a notitia intuitiva extremonum q̄ sit actus ad quem nunc concurrit. Igitur habitus concurrens ad actus differentes specie ab illis ex quibus genitus est. Dico breuiter, q̄ argumentum non concludit contra modernos dicentes: q̄ propositio de p̄senti: & de p̄terito differunt specie: & similiter assensus earum differunt specie. Vbi tamen argumenta ista nullius essent difficultatis apud antiquos tenentes: q̄ est idē iudicium propositionis de p̄senti: & de p̄terito, & q̄ ille propositiones non differunt specie. Tūc diceretur q̄ causatur illud iudicium ab habitu derelicto, & q̄ illi duo assensus sunt eiusdem speciei. Vnde tamē pro opinione modernorū concedendum est q̄ aliquis habitus immediate concurrens ad actus diuersarum specierum. & hoc non est inconueniens: quando illi duo actus habent idem obiectum totale: vt est in propositione, nam ille propositiones de p̄senti & de p̄terito sunt quodammodo exdē, & sunt idē obiectū: licet assensus sint diuersi specie. Et si illi solviūt primū argumentū, q̄i sortes amant ex notitia intuitiva q̄ postea est abstractiua: est idem obiectū totale secūdum eandem rationem. quia illae duæ notitiae scilicet abstractiua & intuitiua sunt synonime / licet differant specie. Conceditur illatum: quando est penitus idem obiectum sub eadem ratione: vt ibi sortes videntur intuitiue: & abstractiue semper est idem: & iudicem amores illi qui de eo habentur sunt eiusdem obiectū. licet sint inter se diuersi specie, & ideo non inconuenit q̄ idē.

habitus concurrat ad illos actus. Similiter non inconuenit habitum concurre ad actus differentes specie: quando illi actus sunt obiectum quæ sunt partialia obiecta habitus: ut yisum est. Si autem non esset totale obiectum: vel unum non includeretur in alio secundū ean dem rationem: vel est totale obiectum: secundum diuersas rationes. ut in amore & odio alicius unus habitus nunq̄ concurrat partialiter ad actus differentes specie. Est igitur regula generalis. Nunq̄ habitus concurrat immediate ad actus differentes specie nisi illi actus sint de eodem obiecto: vel unius obiectum sit partiale obiectum obiect habitus: vel obiecta vtriusq̄ sint partialia obiecta habitus, quoniam tunc non inconuenit.

De Augmento habitus.

Capitulum, XXII,

Onsequenter videndū est de augmēto habitus. Vtrum videlicet detur summus habitus qui potest in anima causari, puta in intellectu: vel voluntate. notū est q̄ aliquid potest in potentia causari: & non cutuscūq̄ intentionis, ergo oportet dare summam intentionem: vel ad minus minimam sub qua non potest: ita q̄ sub illa non potest & sub qualibet minori potest. Et hoc duplūciter intelligitur: q̄ detur summus habitus. Vno modo ex natura rei. & in isto sensu est alteratio inter doctores. Nam Scotus in tertio ponit maximum ex natura rei: ita q̄ deus non potest producere maiorem qualitatem siue intentiōrem. Occham & Gregorius hoc impugnāt, videlicet q̄ non datur maximus habitus seu qualitas ex natura rei maxia. Aliomō pōt intelligi q̄ detur maximus habitus qui potest produci in potentia nō ex natura habitus: sed natura potentiae: ita q̄ potentia non sit capax maioris habitus, notum est q̄ datur maxima aqua q̄ pōt poni in vase non ex natura aquæ sed ex natura vase qd non est capax maioris aq. Et tunc queritur vtrum detur maximus habitus causatus in potentia q̄uis non proueniat ex natura habitus quin possit augeri: sed ex natura potentiae: quæ non est capax maioris habitus. Et adhuc duplūciter intelligitur. Vno modo q̄ detur maximus causabilis in potentia per naturam/ ita q̄ naturaliter non potest causari maior. Aliomodo per potentiam supernaturalem. Solum facio difficultatem an detur maximus qui possit causari in potentia ex natura potentiae: vel potentia non potest producere actus plures q̄ illos qui requiruntur ad productionē illius habitus. De Alyaco post Occhā & Gregorium dicit q̄ datur maximus habitus qui potest poni in potentia in esse habitus: sed non datur maximus qui potest esse in hac potentia in esse qualitatis, quia capiendo potentiam pure passus est infinite capax. Vnde habitus est in potentia secundum q̄ est actua & non secundum q̄

De augmento habitus.

est passiva. Sed datur maximus cuius ipsa est capax ex natura propria in esse habitus: ut quis augeatur volitio in esse qualitatis tamen non augebitur in esse voluntatis. utrum pure naturaliter loquendo detur aliquis habitus qui potest causari a potentia per actus naturaliter elicitos ab illa potentia: & non potest maior causari: & videtur quod non potest. ille potest causari in ista potentia: & potentia potest elicere unum actum: qui intendet priorem habitum. ergo ille habitus non erat maximus qui poterat causari in ista potentia per actus naturaliter producibilis. Dices: datur minimus qui non potest: & quilibet minor potest. Contra, si quilibet minor potest: capio quod in potentia per actus sit producitus habitus distans ab illo minimo per dimidietatem unius gradus. tunc potentia potest elicere actu naturaliter continuatum per horam & tunc producit unam dimidiata gradus secluso etiam tali habitu: ergo & nunc producit: quia subiectum est magis dispositum quod esset sine habitu: ergo in fine horae erit iam habitus usque ad illam completionem productionis illius dimidiis gradus. Aliqui docti dicunt quod datur certa intentio in habitu ad quam non potest homo pertingere per replicationem actuorum veruntamen ad quaecunque intentionem infra illam potest homo pertingere per replicationem actuorum. Contra, volo quod pertingat ad illam infra illam solum per dimidium gradum. tunc sic bene sequitur. iste potest elicere actu causantem dimidiata tem gradus: ergo dices nego consequentiam: quia erit capacitas potest repleta. Contra, nunquam erit repleta: quia quoniam erit una dimidiata dimidia partis adhuc capacitas non erit repleta. ergo talis actus non cessabit a productione quo usque illa dimidiata sit producta. Hoc argumentum mihi facit fidem: quod non potest defensari quod detur minima intentio cuius potentia non sit capax ex natura rei: quia habeam intentionem infra illam per dimidiatatem gradus: & in potentia ponat actu qui sufficiat producere illam dimidiatatem. tunc illam producet: cum est causa naturaliter actua: & passum suscepit quod nondum suscepit. ergo suscipit: & sic non erit minima immo maxima quod sic. Pro isto arguento dico quod quocunque tempore signato finito oportet de necessitate concedere quod datur maximus habitus quem homo potest producere vel qui potest produci in homine in illo tempore finito vel minima quam non. Secundo, non datur maximus gradus habitus qui potest produci simpliciter nec minimus qui non: ut in tempore infinito actu potest producere quorum secundus erit intentior primo & quartus tertio & sic in infinitum: nec datur maximus qui sic nec minimus qui non. Et hoc tenendo quod potentia sit infinite capax natura rei. Et haec dicta sufficiente de productione & causalitate habituum. Dictum est generaliter de actu virtuoso & vitiioso: & consequent de generatione habituum in qua potentia & in qua non: & de corruptione illorum. & per quid corruptiuntur: & de contrarietate illorum: & de coefficientia ad

actus; & finaliter de augmento habituum; & de actibus humanis; & circumstantijs eorumdem.

De diffinitione virtutis & multiplici eius distinctione. Ca. 23.

 Am consequenter de virtute que est habitus quid sit; & de multiplici virtutis distinctione; & de proprietatibus eius in genere. Illa quod in spatiis videtur est. Vnde primo notandum quod assignantur duas definitiones virtutis. una Aristoteles in libro ethica, alia beatus Augustinus in libro de libero arbitrio. Vnde virtus sic diffinitur ab Aristotele loco predicto. Virtus est habitus electius in mediocritate ex multis determinata ratione prout vir prudens determinabit. Alia diffinitio Augustini. Virtus est bona qualitas mentis qua recte vivitur; qua nullus male vivitur; quia deus in nobis sine nobis operatur. Prima diffinitio virtutis ab Aristotle apud Martinum sic potest exponi. virtus est habitus electius. hoc est. virtus est habitus inclinans ad actum medium inter actus vitiosos; ad actum in quantum medium recte rationi conformem. Vnde duplum intelligitur quod virtus consistit in medio. Vno modo tanquam in medio circa proprium actu; & sic exponitur diffinitio virtutis. Virtus est habitus inclinans ad actu medium iter actus vitiosos; puta iter defectus & superabundatio. consequenter declarat quid sit actus medius. & est actus conformis recte rationi; siue determinatus ratione; puta vir prudens determinavit. Alio modo capitulum medium pro obiecto. tunc sic exponitur diffinitio. virtus est habitus in mediocritate consistens. id est circa obiectum determinatum ratione habens pro obiecto certam materiam; quod ponit talis vel tanta per rationem quam vocatur medietas siue mediocritas. Sed diffinitio Augustini est intelligenda de virtutibus infusis; propter ultimam partem. Difficultas. virtus ad habitum esse virtutem de necessitate requiratur quod cum illo habitu insit in intellectu prudentia habitualis; dictum est quod non actu est virtus; nisi insit cum illo prudentia actualis in intellectu. Querit. vtrum etiam requiratur ad habitum effectuum esse virtutem; quod de necessitate insit prudentia habitualis; quia virtus est habitus electius determinata ratione. ideo vide quod ad esse virtutis habitualis requiri semper ratione. id est prudentia habitualis. Rendet occiduum in quarto, questio tertia, probabiliter quod non; quia ad actu esse virtutem necessario requiratur prudentia actualis in intellectu, verum ad habitum esse virtutem non necessario requiritur habitus prudentialis in intellectu, quod sic suadet, capio forte non habituatum habeat dictam veritatem prudentialis; & electionem conformem illi dictam in voluntate; tunc deus poterit suspicere actionem primi actus scilicet dictam in prudentialis non suspendendo electionem conformem illi dictam, quod factum ab illo dictamine non generabitur habitus prudentialis; & generabitur habitus per actuitatem electionis, ergo non requiritur habitus prudentialis; quod ab illo dictamine non generabitur habitus prudentialis; notum est, neque ab illo generabitur habitus electius;

Tractatus secundus.

quia actus prudentialis non agit immediate ad habitum electuum; sed solum mediate. Secundo arguitur multū apparenter, sit sortes has-
bituatus in habitu prudentie dirigente electiōem temperantie & has-
beat hītu electiuū tēperantie cōformē, tunc sortes pōt elicere dictam
na cōtraria nō eliciēdo electiones cōtrarias illis actib⁹ a qb⁹ gñabat
habit⁹ tēperātie electiōis, quo factō per frequētationē illorū dictamis-
tiū corrūpetur habit⁹ prudētialis; & nō corrūpet habit⁹ electius; qđ
nō pōt corrūpi nīsi per act⁹ cōtrarios; vt dīctū est de corruptiōe hīt⁹.
ergo talis habit⁹ electiuū tēpātie nō corrūpis; ideo naturaliter pōt ma-
nere habit⁹ virtuosus absq; habitu prudētiali. Forte dices, nō est diffi-
cūltas quin possit manere actus electu⁹ sine actu prudētali; qđ disti-
guitur realit⁹ & p cōsēquēs de⁹ pōt vñū corrūpere altero cōseruato.
sed tūc iste act⁹ non esset ampli⁹ virt⁹. Eodē modo dicā qđ ille habit⁹
electiu⁹ non erit ampli⁹ virtus absq; habitu prudētiali. Cōtra, illo hī-
tu electiu⁹ manēte sine hītu prudētiali & hīta recta ratiōe: talis habi-
tus concurret ad consiles act⁹ illis ex qb⁹ genit⁹ ē, ergo ille habitus
est virtuosus, patēt, quia pp̄ter nihil aliud dī habit⁹ virtuos⁹; nīsi qđ
inclīnat vel coefficit consiles act⁹ virtuosos; & secluso habitu pru-
dētiali inclīnat ad actus virtuosos & coefficit, ergo secluso habitu pru-
dētiali talis habitus potest dici virtus. Ideo appet mihi probabile⁹,
vt dicit Occhiam: qđ non est de ratione habit⁹ electiu⁹ qđ habeat ha-
bit⁹ prudētiale qđis sit de ratione act⁹ qđ habeat actu prudētiale,

Tractatus Secundus.

De differentia inter theologales & morales virtutes. Cap. i.



Equitur de differentia inter virtutes theologales & humanas. Et pro declaratione notandū qđ virtus prima sui diuīsione diuiditur in virtu tem humana & in theologicam siue superna-
turalē. Notandū qđ multe differētiae solent pos-
ni a doctoribus inter virtutes theologicas & hu-
manas. Vñ sanctus Tho. prima secunde que-
stione, 62. ponit tres differētias inter illas. Prī-
ma, virtus humana aet de obiecto creato/theo-
logica de obiecto increato scilicet de deo. Secunda. Virtutes huma-
ne generātur in nobis ex actibus propriis; sed theologice a deo pro-
ducuntur & infunduntur. Tertia differentia, qđ sint ponende virtus-
tes humane hoc habetur per rationem naturalem; sed qđ sint ponē-
de virtutes theologice solum habemus ex reuelatione sacre scriptu-
re, & per nullam rationem siue experientiam potest probari qđ sint
ponēdi habit⁹ infusi; sed solū ex auctoritate scripture & reuelat⁹is. Vñ
qđū ad scđam differētia dicit occhā in tertio qđ virt⁹ theologica du-
pliciter capit. Vno mō spālissime pro yutute habēte deū pro obiecto

Differētia inter theo. & mora. virtutē.

42

& ab ipso solo deo nobis infusa. Et sic scđm ponētes spē acq̄sita nō
esse virtus theologica. Allo modo pro virtute habente deū pro ob-
iecto sive sit infusa a solo deo sive a nobis genita per actus nostros.
& sic spes fides & charitas acq̄site sunt virtutes theologice. Alię autē
virtutes que habent obiektum creatum vocantur humane. ¶ Circa
hanc differentiam est difficultas. & arguitur sic. sapientia ponitur in-
ter virtutes humanas: puta inter habitus intellectuales: & tamen ha-
bet deum pro obiecto/ quia considerat primam causam & res altissi-
mas. ergo illa differētia posita inter illas (quia theologica habet deū/
humana vero virtus haber obiectum creatum) non est bene posita.
¶ Item. spes habet quid creatū pro obiecto. ergo illa ratio distinctio-
nis non est sufficiens ex parte obiecti creati & increati. Antecedens
patet. spes h̄z beatitudinē & gratiā pro obiecto: & talia sunt creata.
igitur. Quantum ad primum dicit Thomas q̄ deus dupliciter po-
test esse obiectum alicuius virtutis. Vno modo scđm aliquā rationem
que nostram naturalem cognitionem transcendent. Alio modo deus
potest esse obiectū alicuius virtutis scđm aliquā rationē q̄ nō trāscē-
dit intellectiōnē nostrā naturalē. Vnde notū est q̄ ex vi nostri intel-
lectus per rōnes naturales possumus deuenire in aliquālē cognitio-
nem deī q̄ sit suprema causa & prima ceteras causas mouens. tunc
dicit Tho. q̄ ille habitus h̄z deum pro obiecto q̄ nō trāscēdit nostrā
cognitionē non est virtus theologica sed humana. & sic sapientia
q̄ ponit a philo. intellectualis virtus considerat diuina scđm q̄ sunt
investigabilia ratione humana. sed theologica virtus est circa ea scđm
q̄ rationē humāna excedunt. vt qñ deus cōsideratur sub ratione bea-
tificatoris ita q̄ intellectus non pōt pertingere ex ratione naturali:
tūc talis habitus est theologica virtus. Sed per oppositū dicit huma-
na q̄a est de obiecto creato vel in creato qđ scđm rōnem naturalem
nō excedit intelligētiā nostrā. & sic sapientia est virtus humana. & lo-
quimur de sapientiā virtute: & nō de sapientiā dono. ¶ Itē cū argui: spes ē
de obiecto creato: scđus tho. & scđus bonaue. in tertio distingūt illā.
vel de obiecto creato. i. de obiecto materiali: & sic cōcedo/ q̄a est de
beatitudine & gratia. vel de obiecto creato tāq̄ de obiecto principali.
i. tāq̄ de illo qđ est ratio mouens volūtatiē ad volendū & sic nego.
Vnde spes partialiter terminatur ad beatitudinē formalē/ sed ad illā
sub talitōne nobis cōferēdā. ppter merita. Illud est obiectū formale
quare desideramus beatitudinē. vnde Tho. sic dicit. tamen sub alijs
verbis puta q̄ sub alijs consideratiōib⁹ spes est de beatitudine in or-
dine ad deū tāq̄ ultimū finē & tanq̄ conserēte beatitudinē: & sic ha-
bet deū p̄ obiecto: & hoc sufficit ad virtutem theologicā. ¶ Contra.
latrīa habet deū pro obiecto. nā act⁹ latrīe est honore exhibit⁹ deo: &
cū hoc habet aliquid creatū sc̄z cultūe exteriorem: & propterea vocatur
virtus humana. vnde actus latrīe exteriore sunt genuflexiones.

De differētia inter theologas et morales virtutes.

& signa similia exteriora in recognitionē supremi dominij. Similis ter obedientia habet deum precipientē & cū hoc illud quod precipit quod est aliquid creatum. igitur si spes habeat deum pro obiecto & aliquid creatū: nihilominus debebit esse virtus moralis humana & non theologica. ¶ Ad hoc dicit. s. bonauētura dans talem differētiam: q̄ nunq̄ virtus theologica habet actū exteriorē p̄ obiecto sicut moralis virtus. Alia dīa. virt⁹ theologica habet deū p̄ obiecto scđm rationē transeuntē nostram cognitionē naturalē/ sed humana habet quid creatū vel increatū scđm rationē nō transeuntē nostrā intelligētiā. Itē virtus humana aliquādo h̄z operationē exteriorē pro obiecto theologica habet deū siue aliqd nō operabile a nob̄s. Tertia differētia. virtus humana est inter extremitates duas/ scilicet inter supersabundantiam & defectū/ sed theologica nunq̄ est inter superabundātiā & defectū. ¶ Dices. spes habet duas extremitates. s. presumptiōnem: puta sperare beatitudinē sine meritis. & desperationē. s. desperare de dei misericordia: ideo habet superabundantiam & defectum ergo tertia differētia est minus bene posita. ¶ R̄ndetur q̄ dupliciter intelligiā aliquā virtutē esse inter duo extrema. vno modo ex parte obiecti principalis. vt rēperātia puta velle comedere & bibere scđm q̄ recta ratio dicit: est inter duo obiecta sc̄z velle comedere plus q̄ dicit ratio: tale est extremū vñū ratione obiecti per superabundātiā. similiter velle minus comedere & bibere q̄ recta ratio dicit: est aliud extrellum ratione obiecti in deficiendo: & sic virtus moralis habet extrema siue est inter extrema ex parte obiecti. Alio modo contingit aliquam virtutē esse inter duo extrema non rōne obiecti/ sed ppter defectum alicuius circumstantie quā illa virtus siue potentia debet assumere in eliciendo suos actus. vt sortes per actus spei sperat beatitudinē sine meritis/talis actus est vitiosus nō per hoc q̄ nimis innititur deo vel quia est nimis intensus cum homo non possit nimis intense sperare. sed ideo est vitiosus: quia omittit circumstantiam quam assumere debet in sperando. ideo hoc non est propter obiectum vel propter defectum vel propter superabundantiam sed propterea quia omittit circumstantiam quam debet assumere: & sic resolutio ponuntur tres differentie inter theologicam& moralem virtutem. Prima: ratione obiecti. Secunda. ratione operationis exterioris. Tertia: vna est inter extrema ratione obiecti. i. superabundātiā & defectū altera vero non. ¶ Contra. ergo eadem virtus erit moralis & theologica saltem tenendo q̄ idē actus est medijs & finis. vt volitio dādi elemosynā propter deum/ habet pro obiecto aliquid creatum & increatum. Dicit occham/ non esse inconueniens q̄ eadem virt⁹ scđm diuersa obiecta sit moralis & theologica. imo ipse occhā habet concedere q̄ omnis actus int̄insece bonus est virtus moralis & theologica.

De ordine virtutum theologalium,

Capitulum secundum.

Veritur consequenter de ordine eundem virtutum theo-
logicalium: & imprimis non loquimur de ordine perfectio-
nis: quia notum est in illo ordine quod charitas est prior, & per-
fectior & precedit fidem & spem eo quod ille per charitatem for-
matur, ut dicit tho. secunda questione articulo quarto, sed est questio
de ordine generationis, unde dupliciter intelligitur, quod sit ordo inter
virtutes. Vno modo quantum ad habitus infusos. Alio modo quantum ad
actus earum: ita quod actus unus necessario precedat actum alterius.
Quantum ad primum, puta de ordine inter habitus: sit talis propositio.
Nullus est ordo generationis sive productionis inter habitus infusos.
Patet, isti infusi habitus simul infunduntur in baptismate, unde quantum
ad perfectum baptismata in instanti terminante prolationem verbo-
rum cum ablutione infunduntur simul isti tres habitus, scilicet fides/
spes/ & charitas: nec unus coagit ad productionem alterius: quia cres-
centur a solo deo. Ideo quantum ad generationem habituum nullus est
ordine inter eos. Quod simul infundantur ex fide ad corin. 13. tria hec
maior horum est charitas, sed non habetur auctoritas expressa quod in-
fundantur in baptismate: sed ex multis auctoritatibus scripture hoc de-
duci potest, quarum una est, impossibile est sine fide placere deo. Alla-
charitas dividit filios regni & perditionis. ¶ Difficultas: an maneatur
fides & spes quando non manet charitas. Videtur quod sic, ut dicit, pa-
biliarior opinio. Aliquando manet charitas: quando non manent fides
& spes: ut in beatitudine, sed difficultas est modo, vitrum aliquando in-
fundantur fides & spes quando non infunditur charitas. & vitrum ali-
quando infundatur charitas: quando non infunduntur fides & spes.
¶ Quantum ad primum, videtur quod sic. Nam baptizatus ponens obice per
mortale, ut per luxuriam vel avaritiam; in illo non infunditur chari-
tas: & tamen infunduntur fides & spes, quod probatur: quia est fidelis
& non ponit obicem per infidelitatem: & est baptizatus. Ideo est fide-
lis: & per consequens habuit fidem infusam. Insuper avaritia / vel luxu-
ria non est demeritorum fidei vel spei, igitur non est obex, ergo infun-
dit fides & spes non infusa charitate. De sedo quod possit infundir chari-
tas de lege clarum est, quod sic probatur, parvulus baptizatus in in-
stanti terminante prolationem verborum sacramenti baptismi in tali
instanti moritur: tunc huic anime infunditur charitas: quia est saluata
& non infundunt fides vel spes: quia in hoc instanti primo est in cha-
ritate: & non rea alicuius pene soluende in purgatorio: quia non pec-
cauit: ergo est saluata, unde fides & spes euacuantur in patria: & per
consequens infunditur charitas sine fide & spe. Quantum ad pri-
mum, aliqui dicunt in tali infunditur fides & spes: quia talis est fide-
lis, ergo habet fidem. Opinio tamen opposita videtur probabilior
s. iii.

De ordine virtutum theologalium

quā insequit. s. thomas q̄ nūq̄ infundunt fides & spes de nouo quin infundatur charitas: bene tñ conseruantur sine charitate. Probatur. deus non dat homini sibi ingrato dona tam excellētissima sicut sunt fides & spes infuse. Contra, talis est fidelis, distinguo vel ab habitu fidei infuse & sic nego; vel fidelis, i. habens characterē fideliū, vel potest esse fidelis ab habitu fidei acquisite: & sic conceditur. Ad aliud fides & spes nō perdunt per mortale, ergo nō ponit obicē infusionis: nego cōsequētiā. Nā vñū quodq̄ mortale est sufficiēs ponere obicē infusionis: sed vt perdantur fides & spes sola infidelitas & desperatio sufficit. Quātū ad scdm in casu infunditur paruulo charitas qñ non infundunt fides & spes, dico q̄a iam in illo instati est extra statū vie oportet confiteri q̄ infunditur charitas sine fide & spe & nūq̄ in alto casu. Resolutio ergo est q̄ nō est ordo necessario requisitus q̄tum ad habitus infusos de cōmuni lege; quia simul infunduntur. ¶ Sed q̄ritur/ an sit aliquis ordo q̄tum ad exercitium actuum; ita q̄ necessario actus vni⁹ presupponat actum alteri⁹ vt vtrū actus spei presupponat actum fidei & actus charitatis actum fidei & spei. Et apparet q̄ sic quia oportet primo credere q̄ sperare & amare. ¶ Quātū ad hoc disco primo ad actus spei & charitatis requiritur actus fidei natura proutus vel tempore vt elicitur actus de cōmuni lege. Patet, nō potest haberi actus spei & charitatis quin habeatur in intellectu aliquod iudicium practicum certum & inevidens. ergo presupponitur actus fidei in intellectu, consequentia est certa: quia omne iudicium certum inevidens est actus fidei. antecedens patet ad omnem actū virtutis requiritur iudicium practicum preuium; & de communī legē non potest haberi iudicium evidens de deo sparando vel amādo sed solum inevidens; ideo vt habeatur actus spei requiritur hoc iudicium. q̄ beatitudo est nobis possibilis a deo ex meritis preter hoc requiritur iudicium practicum q̄ sperandum est in deum & istud iudicium est actus fidei. ergo ad actum spei requiritur actus fidelis. Similiter ad actū charitatis quo diligo deū sūd oia requiri act⁹ fidei oportet em̄ credere deum esse summe bonum &c. ¶ Vtrum preuius sit natura actus spei ad actum charitatis, auctoritas glo. super math. q̄ sic. ¶ Contra, fides sine charitate non placet deo neq̄ spes. ergo charitas q̄tum ad actum est magis previa. ¶ Pro isto est notandum q̄ in nobis est duplex amor. Quidā concupiscentie: qui est imperfēctus: & nihil aliud est q̄ amor quo amo rem non vt velim in ea alii quod esse bonum: sed volo bonum quod ipsa habet in esse mihi vel alteri/ vt sortes vult vñū: nō quia vult dulcedinem in esse vino sed in esse sibi & eam percipere/talis amor vocatur concupiscentie. Ali⁹ est amor amicitie quo volo bonitatem in esse rei siue inde aliquid accidat mihi siue uon: & iste amor amicitie proprie est charitatus: & amor concupiscentie si sit adequate concupiscentie presupponit

De ordine virtutum theologalium: 44

amorem amicitie. Exemplum de amore amicitie vñfortes vñplas-
tonem esse virtuosum vel habere diuitias: est amor amicitie plato-
nis. Vnde consequenter dicit sanctus Thomas ex hoc q̄ deus pro-
misit nobis bona: & speramus habere illa mediatae suo auxilio diligi-
mus illum. ita pariforma ex hoc q̄ speramus nos consequi beatitu-
dinem nobis a deo promissam incitamus ad diligendum deum: er-
go actus spei: puta desiderium est prius: & introducit actum chari-
tatis sicut timor introducit charitatem. ¶ Contra actus spei est desi-
derium quo desideramus deum nobis vel passio causata ex illo desi-
derio. vel tale desiderium quo desidero causatur ex amore dei:
vel ex amore mei: si primum ergo actus charitatis est preius ad
actus spei. Si secundum: ergo iste actus videtur esse malus: quia
amo deum propter me. ergo implicat contradictionem actum spei
infuse esse preiuū natura vel tempore ad actum charitatis: & hoc est
fortissimum argumentum contra hanc opinionem. Dico ad argu-
mentum: q̄ actus spei est prior ad minus natura ad actum charita-
tis. & cum arguitur: vel talis actus sperandi siue spes causatur ex
amore mei: & talis actus est malus: quia non est relatus in finem. Di-
cit Gabriel in tertio. q̄ oportet fateri q̄ primus actus spei non est
virtuosus: sed actus indifferens tenendo q̄ primū actū spei non pre-
cedit actus charitatis/oportet concedere q̄ talis actus est indiffe-
rens: quia deest ei circunstantia requisita secundum eos ad bonum
actum moralem puta relatio in finem ultimum. ¶ Contra: est vñsus
dei: ergo est malus: & non indifferens. negat antecedens ad proba-
tionem assumo deum propter me. distingo: vel propter me tanq̄ a-
matum/ vt summū bonum. & sic negatur. & hoc requiritur ad vñsum-
det. ideo q̄uis ego amem deum mihi siue propter me: non tanq̄ pro-
pter finem ultimum non est vñsus dei. Videtur mihi q̄ non est neces-
sarium q̄ primus actus charitatis precedat actus spei. Nā possum
elicere primam volitionem qua volo deum esse summum bonum: &
consequenter ex illo actu possum diligere me: & consequenter optare
beatitudinē a deo: stat ergo q̄ primus actus charitatis precedat/ ideo
non est necessarium q̄ actus spei de necessitate precedat actum cha-
ritatis.

De prima virtute theologica scilicet de fide.

Capitulū. 3.

Isum est de distinctione theologarum virtutum a mo-
ralibus: & de ordine earundem ad inutrem. Conseguen-
ter videndum est de prima: puta de fide quæ scđm op-
tionē antiquorū q̄tū ad actū suū precedit spem & chari-
tatem. Et p̄ q̄tū ad generalia que cōcernunt illā. Querit vtrū sit tñ
f. iiiij.

De fide.

vnica fides in uno intellectu. Pro hoc notandum quod duplex est fides; quodam infusa; alia acquisita. Infusa est ille habitus qui a solo deo producitur in potentia nostra in baptismate saltem in non ponente obicem. Acquisita vero est habitus causatus ex multis actibus fidei. Tunc positione prima propositio cois & clara apud modernos. Non est unica fides acquisita in numero nec in specie sed tot diversae quot sunt diversi articuli. Exempli capitulo sorte habituatu in credendo duos articulos per frequetatione actuū circa illos incipiat errare circa unum & non circa alterū; & per frequetatione illius erroris corruperet fides illius articuli acquisita & non corruperet fides acquisita alterius articuli. Quod patet experientia; quia ipsis fortes erit proprie ad assentientem alteri articulo sicut prius & non est adeo promptus ad assentientem alteri sicut prius: quia habet errorem inclinantem ad oppositum. ergo unus habitus manet altero non manente. ergo distinguuntur illi duo per regulam communem. igit ppositum: videlicet quod non est in uno intellectu unus habitus acquisitus in numero. Quod autem differunt specie. patet. occhium in tertio quolibet: questione septima. & in tertio sententiarii questione octaua. error unius articuli stat cum fide acquisita alterius: & non stat cum fide acquisita respectu eiusdem articuli: nec cum aliqua eiusdem ratione. ergo non solus illi habitus fidei differt numero sed et specie. Preterea. habitus per primo contrariantur contrariis distinctis specie differunt specie. sed duae fides acquisite duorum articulorum fidei contrariantur primo duobus erroribus distinctis specie. vide occhium ibidem si vis. Ista ratio non est efficax. quia per idem probatur quod amor sortis & amor platonis differunt specie. Vnde in istis intentionibus non inserit contradictione specifica aliquorū per hoc quod unum repugnat alteri &c. Dices conformiter ad opinionem antiquorum & precipue Thomae non ponentes nisi unum hunc logicaliter respectu omnium conclusionum logicalium. Argui sic. Quis actus credendi sunt respectu diversorum articulorum materialium tamen sunt respectu unius & eiusdem objecti formalis: puta respectu istius. omne reuelatum a deo est verum: quia reuelatum. Nam si crederem alicui articulo per aliquam rationem topicam & non sub ista ratione quia reuelatum a deo: talis assensus non esset fides sed assensus topicus precise. Tunc ad rem oves habitus fidei acquisiti licet habeat diversa objecta materialia. scilicet diversos articulos: hinc tamen unum formale & idem puta oves reuelatum a deo est verum & penes objectum formale attendit diversitas specifica hunc & non penes objecta materialia. nego illam propositionem. Imo dico quod diversorum articulorum diversi sunt assensus specifici quibus illis assentiantur per idem motuum puta quia reuelata a prima vertate. Secunda ppositio de fide infusa. In eodem homine est unica fides infusa. ista ppositio non potest probari nec per experientiam nec per rationem: sed solus per auctoritatem. Unde ad ephesienses. item. unus deus unica fides unum baptismum. Vnde dupliciter intelligitur quod sit unica fides infusa respectu omnium articulorum. uno modo quod sit unus articulus immediate & mediate sit ceterorum articulorum in quantum arti

clusus prim⁹ est quoddā principiū partialiter illatiū ceterorū singu
lorū articulorū. hoc est q̄ fides infusa inclinat immediate ad assensum
huius. omne reuelatū a deo est verū scđm quod est reuelatum. ita q̄
habit⁹ fidei infusus est immediate pducti⁹ assensus illius. & median
te illo inferūtur oēs alij articulivt antixpm fore est reuelatū/diem iu
dici⁹ fore est reuelatum. ergo antixps erit/dies iudici⁹ erit. & sic assen
sus illius vniuersalis articuli causat assensum ceterorum articulorum
saltē partialiter: & sic habit⁹ fidei infusus inclinat immediate ad assen
sum illius vniuersalis articuli & mediate ad assensum ceterorū: & sic
habit⁹ fidei infusus est solū immediate vni⁹ articuli & mediate est ce
terorū/ vt dictū est: sicut habit⁹ principiorū immediate inclinat ad
assensum principiorū & mediate ad assensum cōclusionis/ ita q̄ nūq̄
causabit immediate assensum circa conclusionem. Huic conformat se
scđs Tho. scđa scđe q̄stione sexta. Contra predicta arguit sic. si habi
tus fidei infusus solū immediate concurreret ad illū articulū vniuersa
lem & mediate ad alios; sequeret q̄ inclinaret ad assentiendū falso.
quod patet. credat aliq.s.a. ppositionē esse reuelatā q̄ tñ nō est reue
la/ assensus.a. partialiter causatur mediate ab habitu hulus. omne re
uelatū a deo est verū. Nā talis assensus in sorte causatur ex assensi
bus istarū duarū ppositionū omne reuelatū a deo est verū. a.est re
uelatū. lḡf & per consequēs videt q̄ habit⁹ fidei infusus fidei eque incli
nat ad assentiēdū falso sicutvero. dico q̄ oportet de necessitate fateri
scđm illam opinionem q̄ habit⁹ fidei inclinat mediate ad assentien
dū falso. nam inclinat immediate ad assentiēdū vero: & ille assensus
est immediate causa saltem partialis alicuius falsi/ sicut de intentione
dictum est q̄ causa partialis electiōis vitiōis inclinat mediate ad ele
ctionem vitiōam: similiter oportet concedere q̄ habit⁹ veridicus
infusus mediate & partialiter inclinabit ad assentiendū falso. ¶ Ali⁹
est modus dicendi q̄tum ad hoc q̄ fides infusa est eque immediate om
nū credibiliū: ita q̄ non inclinat solum immediate ad assensum huius
vniuersalis articuli. omne reuelatū a deo est verum: quia reuelatū est.
& mediate ad assensum aliorum credibiliū partrculariū: sed eque
immediate ad assensum omnīū quēadmodum in agentib⁹ ponitur
vna vniuersalis causa q̄ concurrit ad diuersos effectus in specie cum
causis partialib⁹: vt sol cū calore calorē/cū frigore frigus generat. Si
militer habit⁹ vnicus infusus respectu credibiliū particulariū oīm
se habet p̄ modū cause vniuersalis: & habit⁹ acq̄siti respectu illorū
particulariū se hñt p̄ modū causarū particulariū: ita q̄ habit⁹ infusus
cū altero hitu alteri⁹ articuli pticularis causat immediate assensum illi⁹
articuli pticularis. Et ista est opinio pbabilior q̄ habit⁹ ille vnicus
infusus se habet per modū cause vniuersalis & immediate cōcurrat cū
diuersis causis partialib⁹ ad pducendū assensum circa diuersos arti
culos partculares. Difficultas apud occiā: an iste habit⁹ concurrere

De fide.

possit sine fide acquisita: velde necessitate exigat ad sui cōcursum habitum acquisitum. Dicit occham. q̄ non potest concurrere ad assensum particularis articuli sine habitu acquisito. patet de paruolo baptizato: & nutritio inter in fideles vel solitarie, nullo modo assentiret isti articulo: deus est trinus & vnu sine particulari habitu acquisito, ergo talis habitus infusus non sufficit sine acquisito ad exeundum in actus particularium articulorum. Sed ista opinio non videur vera. Nam anteq̄ sit habitus acquisitus oportet q̄ praecedant actus etiam fidei & certi: quia ille habitus causatur ex actibus similibus. & anteq̄ habitus sint acquisiti precedunt actus: & ad illos concurrit habitus fidei infusus anteq̄ producatur habitus fidei acquisitus. Dicitur q̄ requiritur aliquid aliud concausans: vnde nunq̄ concurrit habitus infusus quin concurrent secum cause particulares: vbi non est in potestate ex infuso habitu extre in aliquem actum quin habeamus causas mediantibus quibus possumus sine habitu infuso extre in similem actum. Cum producitur primus actus fidei oportet de necessitate habere motiuum cum imperio voluntatis: que duo secluso habitus infuso producerent actum fidei: tali enim motu cum imperio voluntatis causatur actus fidei: & postq̄ ex talibus actibus sic prodicitis frequenter genitus est habitus possum⁹ vt illis habitibus cum imperio voluntatis ad eliciendum actus similes: & cum illis tunc concurrit habitus infusus. Nā q̄nq̄ est causa particularis sufficiens vt exeamus in actum credendi: si causa vniuersalis iungatur concurrit partialiter cum illa causa particulari. Ideo cum ille habitus infusus secundum scđam opinionem concurrat immediate ad omnes articulos particulares poterit cum causa particulari concurrere ad assensiendū illis. Cōtra: successue duo cōtradictoria possunt esse articuli fidei: vt christus non morietur: est articulus fidei: & suum contradictoriū, puta christus morietur: fuit articulus fidei. ergo habitus fidei infusus non potest immediate concurrere ad articulos particulares, patet, q̄a vna & eadem causa naturalis non potest immediate a ḡere effectus contrarios, distinguo/vel eadem causa naturalis particularis: & sic verum est, vel causa vniuersalis naturalis cum diuersis causis particulis: & sic negatur. Nam celum naturaliter concausat calorē & frig⁹ cum diuersis causis particularib⁹. ita similiter hic dicendū est. Cōtra: habit⁹ naturaliter cōcurrentis ad vnu actum semper nat⁹ est cōcurrere ad eundē: sed iste assensus q̄ tā est fidei tñ contingētis hoc ē respectu obiecti contigētis: vt antichristus erit/ pōt esse falsus: & tūc hīc fidei concurret ad illū: vel negandū ē: q̄ habitus fidei immediate concurrat ad articulos particulares, hoc ē ad assensus articulorum cōtingētū. Et ad agumētū cū arguit/ vna cā q̄ sufficit concurrere ad vnu effectū semp nata ē cōcurrere immediate ad illū vel simile, negat hoc vniuersa l. Nā p̄ hoc p̄bates q̄ charitas concurreret ad p̄tū vnu q̄ illa causa

est instrumentum motionis spirituſſandi non oportet ſi concurrat immediaſe ad vnu effectu q̄ ſemper concurrat. Resolutorie habetur q̄ habitus inſuſis immediaſe concurrit ad oēs affenſus particulařium articulorū. Scđo nanq̄ concurrit ad illos affenſus niſi cum cauſa parti culari vel cauſis particulařibus ſufficientib⁹ per ſe & ſine tali habitu inſuſo pducere illum affenſum. aliquando illa cauſa particulařis nō eſt fides acquisita: ſed aliquādo eſt aliquod motiuū. & non eſt inconueniens q̄ ſuccellue cōcurrat ad diuerſos effectuſue affenſus.

¶ De cauſa actus fidei.

Cap. iiiij.

Verum eſt in vltima opinione q̄ quiſ ſint multi articuli diuersi: tamen vniqa eſt fides inſuſa/ reſtā nūc aliqua alia cōmuňa de fide tractare: puta de cauſatione actus fidei q̄tu ad eius ſubſtatiā: & de tali actu ſcdm veritatem vel falſitatem: & vltro de corruptione illius habitus inſuſi. Q̄tu ad cauſationē actus fidei ſupponitur primo q̄ actus fidei eſt affenſus certus alcuius reuelati ineuidens. Vnde diſſerentia eſt inter affenſum fidei & opinioñis: quia affenſus fidci eſt certus: aliud vero incertus ſeu opinatiuſ & formidolouſ. Similiter diſſerentia eſt inter affenſum ſcientificuſ & fidem: quia iſte eſt ſine euidentia/ alter autem eui deniſ. Vnde diſſicultas eſt inter doctores/ quomodo cauſat talis affenſus fidei: an ſolum per rationem/ an ſolum per imperium volūtatiſ cū habitu fidei inſuſe/ vel an requirat vtrūq;: puta tam ratio q̄ impe rium voluntatiſ. Circa hāc diſſicultatē tres ſunt opinioñes: due extreme & vna media. aliqui vt holcot ponūt voluntatē poſſe ſe ſola omniē fidem pducere. alii vt occā putant fidem ſolum poſſe pduci a medio captiuāte intellectu: hoc eſt q̄ oīs affenſus fidei cauſat ex rōne neceſſitāte & naturaliter pducēte illū affenſum. Alia eſt opinio me dia quā puto verā quā tenet de aliacō & de oyta i plogo ponēs tria/ & loquor ſemp de primo affenſu fidei. Primiſ eſt. priuus affenſus fi dei non cauſat ex ſola ratione: ita q̄ ſola ratio non ſufficit ad illum pducendū. ſcdm diſtu/i imperiu voluntatiſ cū apprehēſione obiecti credibilis non ſufficit cauſare illum affenſum fidei. Tertiū eſt. ratio vel apparentia probabilis & iſtud imperium ſimul iuncta ſufficiunt cauſare illum affenſum fidei. Pro declaratioñe notandum ſcdm oeccham: vt ipſe diciti non potheſt imaginari q̄ aliquis affenſus natura liter cauſetur quičuq; ſit ille niſi altero iſtorū quattuor modoru. Nā vel cauſat ex qualicuq; terminorū tā intuitua q̄ abstractua noticia & iſto modo cauſat affenſus ppositionū per ſe notarū: vel cauſat ex ſola noticia intuitua tātū: & ſic cauſat affenſus ppositionū cōtingētiū euideſtiū: vel cauſat ex aliquo affenſu priorū ppōnū applicatarū i bona cōſequētia ad affenſus alteri⁹ cauſandū: & iſto mō cauſat affenſus cōclusionū ſcibiliū pbabiliū euideſtiū: vel quarto cauſat p impec tu voluntatiſ ſi ponat aliquid tale: hoc ſuppoſito pbaſ q̄ nihil pure.

De causis actus fidei.

naturale est sufficiens ad causandam fidem, patet, si illud sufficit; vel illud pure naturale est notitia cuiuscunq; terminorū; vel intuitiua solū vel assensus alicui⁹ applicati ad propositionem creditam, nō potest imaginari q; aliqs assensus purenaturaliter causetur: nisi altero isto-
rum trium modorum, Nam si assensus fidei causetur pure naturaliter ut ly naturaliter distinguitur contra libere/vel causatur prior: & hoc non quia tunc esset ppositio per se nota: & sic assensus esset euidens, vel secundo modo/puta ex intuitiua solum; & sic iterum esset euidens q; ia natus causari mediate vel immediate ex sola terminorum com-
plexa notitia, vt dicit occham in prologo. Si dicas tertium puta: q; causa ex assensibus priorib; naturaliter: tunc vel illi assensus sunt evidentes: vel assensus fidei vel opinatiui, si primū : ergo causabunt euidentem assensum. Si opinatiui: ergo causabunt opinionem: & nō assensum certum, si sint assensus fidei: iam quero vt prius: velisti prio-
res causātū ex sola notitia, & sic necessario oꝝ deuenire ēt ad assen-
sum fidei qui non causatur ex causis pure naturalib; Nō potest de-
fensari q; assensus fidei causetur ex causis necessitatib; intellectum
naturaliter. Secundum dictum eorum videtur oppositum dictis Occham. Nō potest causari per solum imperium voluntatis cun ap-
prehensione credibilium: que vocatur cogitatio sola, patet per Ari-
stotelē nō possumus opinari cū volumus, ergo non possumus credere cum volumus, patet, voluntas nō potest imperare intellectui: vt opin-
etur ad nutum sine motiuo, ergo non potest imperare ei q; credat
sine motiuo, patet antecedens scđo de anima, imaginari autē possu-
mus cum volumus: opinari autem minime. Et confirmatur, quia ad
oppositū propositionis sequiſ q; voluntas potest facere intellectum
assentire cuicūq; propositioni sine motiuo, & sic pōt facere assentire
intellectū propositioni neutre, puta huic altra sunt paria, cōsequens
est contra experientiam, ergo non est in potestate voluntatis per so-
lū imperiū cū apprehensiōe similiſ: q; causetur assensus fidei, patet,
secluso impio talis, ppō esset neutra: & nō pōt facere volūtas q; assen-
tiaſ ppositiōi neutre sine motiuo, vt dictū est, alias volūtas posset fa-
cere de q̄libet ppōe q; nō esset dubia, ideo si volūtas per solū impiū
nō pōt causare opinionē: ergo neq; fidē: quia q; nō pōt in minus non
pōt in mai⁹. Alij de opinōe opposita dicēt, q; ista cōsequētia nō va-
let, nō pōt in min⁹, ergo nō pōt in mai⁹, si liter nō seq̄t ipiū volūtatis
nō pōt causare opinionē: ergo neq; fidē qd mai⁹ est. Tertia ppō, rō
probabilis q; se sola causaret opinionē supueniēt, Imperio volūtatis
cū tali impio est sufficiēs ad causandū assensum fidei, patet, assensus
fidei ē quodāmō causabilis: & nō pōt naturaliter ex sola rōe: nec ex
ipio volūtatis solo cari: & nō apparet ex qbuscūq; alijs causeſ: ergo
illa duo simul iuncta requiruntur, puta ratio probabilis siue topica
cum imperio volūtatis, Nam cum adducitur apparentia que se sola

causaret opinionē si superueniat imperio voluntatis affectio ab illis duobus quorum neuter seorsum sufficeret causatur talis assensus fidei. Sequitur ex dictis q̄ illa opinio est falsa que dicit q̄ cū habitu īfuso fidei & cū solo imperio voluntatis potest quis exire in actum fidei qd patet de patuolo baptisato &c. ergo semper ad primū assensum fidei requiritur aliqua suasio sive motiuum.

Dictum est resolutorie q̄ ad primum assensum fidel non sufficit ratio topica sive ratio sola: nec sufficit solum voluntatis imperium: sed ambo simul regrunt: tūc inferunt aliquid correlative. Primū q̄ adducta ratione apparētiore & supposito imperio voluntatis est maior assensus fidei: nō tamen magis meritorius nec magis bonus. patet vna causa partialis illius effectus angel: & altera non dīminuitur. ergo totū aggregatū ex oīb⁹ illis causis augēt. ergo est maior assensus. Qzaut nō sit magis meritorius: patet. ille assensus non est bonus nec meritorius: nīsi extrinsece scilicet a volitio ītrinseca Imperati⁹: sed illa volitio manet eadem. Igitur. Secundum correlarium. sequitur q̄ si duo sint equaliter assentientes vni propositioni de fide: & vnu ha beatrationem minus apparentem q̄ alter: assensus eius de necessitate est melior q̄ assensus alterius. patet. bene sequitur: iste equaliter assentit & habet rationem minus apparentem: ergo habet malus imperium & ex maiori conatu imperat. ergo illud imperium est melius. ergo actus Imperatus erit melior. Tertium correlarium. quis simpliciter & absolute ratio topica possit concurrere ad assensum fidei sine imperio voluntatis & econtra: hoc tamen non potest fieri naturaliter. patet. quandocunq; sunt due cause distincte: deus potest supplere causalitatē vniuersi & nō alterius & hoc in causis efficientib⁹ ergo cum ista ratio & imperiū cōcurrāt ad effectū producēdū: deus poterit supplere causalitatē ipsius rōnis & nō causalitatē imperii & econtra. Iam cum auxilio sp̄ciali & cum solo imperio causatur assensus fidei: hoc tamen non potest fieri si causaretur naturaliter. vnu de ponunt aliquid cōclusiones. Prima. intellect⁹ nō est sufficiens per se ad assensum fidel causandum neq; cū habitu īfuso. Secunda. Ratio se sola nō sufficit causare actum fidel primum. Difficultas cōmuni⁹. Illa ratio nullo modo concurrēt ad assensum fidei. patet. naturaliter producit assensum contrarium puta opinatiuum qui contrariatur assensui fidel cum sit causa naturalis. ergo est determinata ad vnum effectum. ergo solum producit opinionē & non fidem. Dico q̄ vna causa naturalis potest concurrere ad vnum effectum & cum alia causa particulari potest cōcurrere ad alterum effectum. patet. assensus maioris evidens: & minoris concurrunt ad scientiam & idem assensus maioris partialiter cum assensu opinatiuo concurrunt ad opinionem. Ideo assensus evidens maioris cum diversis assensibus minoris concurrēt ad diuersos assensus. Contra. causa pure naturalis tota.

De causis actus fidei.

Sic nunq̄ cum aliquo adiutorio posset pducere frigus. Sed ratio topoica est causa naturalis assensus cōclusionis opinatiui. ergo talis causa cum quocunq; adiutorio nunq̄ potest producere alium effectū q̄ opinatiuum. Dico q̄ ista maior est falsa; & debet illam negare occā qui dicit q̄ notitia intuitua sortis conseruata a deo est causa totalis & naturalis producere potens assensum huius sortes nō est sorte nō existente. & cum alia causa: puta cū sorte existente concurredit ad effectum contrarium; puta ad assensum huius sortes est. ergo habet ipse negare hanc propositionem vniuersalem q̄ quācunq; est aliqua causa purē naturalis & totalis non potest in contrarium cum adiutorio pariter. Quis ratio topicalis sit causa naturalis assensus opinatiui tñ cum adiutorio producit contrarium. Contra, ergo naturaliter cōcurrat & de per se ad destructionē sui effectus naturalis. patet. Nam causa pducens aliquid de per se: etiam de perse concurrit ad corruptiōnem contrarij effectus preexistentis. Dico q̄ est concedendum sicut est causa de p se partialis productionis alicui⁹ ita est causa de per se corruptionis sui contrarij. Ideo si talis ratio se sola naturaliter producens opinionem conclusionis de per se producat tanq̄ partialis causa corrūpet suum effectum quem prius produxit: & sic produxit corruptiōnem sui per se effectus. Et q̄ non ita concedamus de frigiditate vel caliditate est: quia non est ratio aliqua quare ita debeamus cōcedere de qualitate corporali. Alia difficultas precipua in hac materia: sequeret ex ista opinione q̄ qcūq; haberet assensum opinatiū antecedētis alicui⁹ cōsequētis quē scit esse bonā haberet in eius potestate assentire firmiter & certitudinaliter cōsequēti: s; hoc ē falso probat. capio duas propōnes. a. & b. q̄ mutuo sequunt ad se invicē in bona cōsequētia: vt iste, luna est eclipsisbills. & inter solē & lunam pōt poni corp⁹ opacū/ quarū q̄ libet in bona cōsequētia insert reliquā vt notū est: cū cōvertant̄ inter se & volo q̄ vtraq; nūc sit mihi neutra & q̄ imediate post hoc assentiam opinative. a. quo facto esset i mea potestate assentire firmiter. b. & nō assentire qm̄ formatā illa cōsequētia cōstat mihi q̄ sit bona. & aīcedēs ē rō pbabilis. igit posito imperio voluntatis sequit assensus firm⁹. sit igit ita q̄ ego assentio firmiter b. tūc sic. ego scio q̄. a. est cōsequēs ad. b. & b. est certū. igit. a. est certū. igit vel ille due certitudines mutuo se cansant: vel a solo imperio voluntatis causant̄: sed vtrūq; est īcōueniēs. Primū quidē q̄a sic effectus causaret suā causam. & scđo/ solū ī imperiū voluntatis sine motiuo sufficeret causare assensum firmū. prima cōsequētia ē nota/ qm̄ certitudo nō pōt causare nisi certitudinē. si igit. a. est certū & est aīs īfērēs. b. igit. b. est certū. & scđa cōsequētia pbat quo ad primū illatū. q̄a q̄ a quo causat certitudo. a. Si dicas q̄ a certitudine. b. & certitudo. b. causata est p casum a certitudine. a. & sequit illatū q̄ effect⁹ causaret suā causam. Si dicas q̄ ab opinione. b. causat certitudo. a;

Cōtra. si oī philosophia q̄nīcūq; aliqd agit effectue oī q̄ illud sit. sed opīnīo. b. tūc nō ē. i.ḡ nō causat certitudinem. a. Et q̄ opīnīo. b. tūc nō sit: patet. q̄a in prio īstāti in quo. a. est certū: b. est certū. oportet igitur q̄ dicatur scđa pars illati scilicet q̄ certitudo. a. causatur a solo īmpērio voluntatis. Respondeatur q̄ oportet de necessitate fateri illatum. scilicet q̄ in eius p̄tāte est assentire certitudinalē conclusioni vel nō assentire. Et ad argumētū in illo casu negatur: q̄ a. sit certum: nīl habeatur īmpēriū voluntatis ad. a. cū aliqua alia ratiōne motiva ad a. Et ad probationē. b. est certum: & certū est q̄ ex b. sequitur a. igit̄ a. est certū. negatur consequētia: sed bene oportet concedere q̄ incipit corrumpi opīnīo ipsius. illo tunc hoc est q̄ b. incipitam corrūpere assensum opinatiūm de a. quia certitudo b. cum certitudine consequētiae naturaliter sunt productiue assensum certum de a. & iue- niunt contrariū ideo nunq̄ introducetur assensus firmus de a. quo usq; sit assensus opinatiūs totaliter corruptus. & oportet concedere q̄ effectus incipit corrumpere suam causam partialem & tādem p̄ducit oppositum sue cause efficientis. Et q̄ illa consequētia non valit b. est certum: & certum est q̄ ad b. sequitur a. igit̄ a. est certum. ratiō est quia in intellectu est aliquid repugnans certitudini a. ideo non causatur certitudo a. & oportet addere: & in intellectu nihil est incompossibile certitudini a. igit̄ a. est certū. Sed dices: contra. i.ḡ aliquid produceret per se & naturaliter corruptiuū sui & ī cōpositiōnib; sibi: & sic idem corrumperet seipsum. patet de assensu opinatiūo a. causante certitudinem de b. incompossibilem sibi & corruptiōnem ipsiō opīnīonis a. vt patet in casu. Concedēda sunt illata. ecce fortissimum & bonum argumentum in hac materia.

De perdītione habitus fidei.

Capitulum quintum.

Onsequenter vīdendū est q̄o habitus fidei pdīt: & possūt m̄ loq̄ de habitu acquisito: & talis ut satis dictū ē in materia habituū corrūpīs per actū contrarios illis ex quib; genitus est. sed loquemur hic precise de infuso. & sit ppō pria. His infusus nō pdīt p̄ qdlibz mortale. p̄. oppōsito dato seqrēt quēlibz exītē in mortali eē ī fidēlē. cōsequētia pbaē: hō nō dī fidēles a carētia hituū fidei acq̄sitorū: vt dīcūt doc. alias p̄uul̄ baptizat̄ eēt infidells: q̄a nō habet nīl habitum infusum. Similiter ille q̄ est multū habituatus circa oēs articulos fidei per primū peccatū herēsis efficeretur infidelis: & tamē habet adhuc oēs habitus acquisitos: quia non perduntur per unicum actum. ergo. Preterea non dīcūt infidelis a carentia actus fidei: quia alias existens in gratia dum dorso esset infidelis. ergo oportet de necessitate dicere q̄ precise dīcūt infidelis: quia caret habitu fidei infuse. igit̄ omnis in peccato ex illis esset infidelis si perderet fidēlē. quod falsum est cū sit christian⁹.

De perditione actus fidei.

¶ Secunda propositio. Fides infusa non perditur per quilibet actum contrarium actui ad quem inclinat. & hoc supponendo q̄ inclinetimmediate ad omnes articulos. patet. non perditur per evidentiā. alias paulus in raptu habens evidentiā multorum credibilium quia videt arcana que non licet homini loqui perdidisset fidem infusam. nam evidentiā circa articulū opponitur actui fidei circa illū articulum. Si militer. patet de multis qui intuitu viderūt humanitatem christi habuerūt evidentiā aliquorū articulorum: & tamen erant fideles: sed evidentiā est actus oppositus actui fidei eiusdem. igitur. Preterea est aliquis error oppositus fidelis inuincibilis. talis error non est peccatum. Igitur per ipsum non perditur fides: & tamen opponitur assensu ad quem inclinat immediate fides infusa. ergo scđa propositio satis probata relinquitur. ¶ Tertia propositio. Fides infusa nō perditur solū per peccatum heres̄. patet. ille qui est infidelis sine pertinacia est infidelis sicut dictum est: quia per illud mortale infidelitatis perdit infusam: & tamen nō est hereticus: quia in peccato heres̄ requirit pertinacia. & q̄ perdat fidē: patet. quia alias ipsa statet cum dissensu cuiuslibet articuli non pertinaci. ¶ Quarta proposito. potest perdi fides infusa sine quocunq; assensu infidelitatis. patet. qui dubitat in fide in fidelis est per beatum Augustinū. igitur dubitatio in fide sufficit ad perdendum fidem infusam: siue est demeritoria perditionis fidei infusa: & stat dubium in fide sine quocunq; assensu. nā q̄ apprehendit aliquem articulum/ nec assentit/ nec dissentit: dubitat. smo qui nec vult assentire: nec dissentire. quis illud ei ostendatur per sacras litteras: talis est infidelis: & tamen non habet assensum oppositum sed solū dubitū: q̄a nec vult assentire nec dissentire: sed pure negative se habet: talis dicitur dubius infidei: & perdit fidem infusam: & dicitur infidelis. Ideo Occhā diffiniens hereticū. addit diffinitioni: vel pertinaciter dubitans. vide in dialogo suo. Ita q̄ ille est infidelis qui dissentit sc̄iēter articulo fidei vel dubitat pertinaciter. ergo sine quocunq; assensu vel dissensu potest perdi fides infusa. ¶ Quinta proposito. potest perdi fides infusa sine dissensu articuli fidei sine dubitatione eiusdem: & sine assensu contrarie vel contradictione propositionis. patet. dicit Tho. scđa scđe q̄st̄. scđa in ultimo articulo: cum querit. vtrum ratio adducata ad ea que sunt fidei diminuat meritum. dicit q̄ si adducatur rō demonstrativa alicuius articuli: & in tali sit equalis ratio animi siue voluntas ad credendum sine tali ratione: hoc est q̄ habeat propositionū firmū: q̄ dato q̄ nulla talis ratio adeēt nō minus assentret illi articulo est equale meritū fidei. Tūc arguit sic. ergo per oppositū si haberem nolle assentiendi nisi haberem rationem demonstratiuam esset demeritum infidelitatis: sicut alter habet meritum fidelitatis: & ultra habet demeritum infidelitatis. igitur perdit fidem infusam: quia tale sufficit ad amissionē fidei infuse. nam si ratio demonstrativa nō esset

talis sic volens nullo modo assentiret illi articulo. Igitur tunc esset in
 fidelis. sed per hoc quod ex evidētia assentit non magis dicitur fidelis.
 Igitur tale propositū non assentiēdī articulo fidei nisi adsit rō demō-
 stratiua sufficit ad p erdendū habitū fidei infuse. Igitur quinta p pō
 vera. ¶ Sit sexta p ppositio. Meritū fidei non est ex assensu sed ex vo-
 lūtate assentiendi &c. pari forma meritum infidelitatis est nolle assen-
 tire reuelatis. hoc vult dicere quod fides infusa perditur per omne pecca-
 tum formale infidelitatis. Vnde peccatum formale infidelitatis non
 ē actus intellectus quia nullus talis formaliter est peccatū: sed est actus
 voluntatis scilicet nolle assentire sclenter articulo fidei vel nolle assen-
 tire articulo fidei nisi adsit ratio demonstratiua. Nam sicut meritum
 formale fidei non est ex assensu: ita demeritum fidei non est ex dis-
 sensu: sed est ex voluntate. Nam meritum fidel est ex velle assentire
 articulo fidei vel ex velle nō minus assentire articulo fidei vbi nulla rō
 demonstratiua esset: ita demeritū infidelitatis est ex nolle assentire &c.
 Si igitur cum assensu evidēti alicuius articuli fidei est simul nolle assen-
 tire nisi esset ratio evidens est demeritum infidelitatis sequitur ul-
 tra igitur est amissio fidei infuse. Ex quo sequitur quod quādo aliquis dissen-
 tit articulo fidei vel dubitat vel nult assentire nisi adsit ratio demon-
 stratiua illius articuli perdit fidem infusam: & est infidelis. sed non est
 hereticus nisi alteri sistorum trium insit pertinacia. Vbicunque ergo est
 illud ex parte voluntatis a quo prouenit demeritū infidelitatis putat
 nolitio assentiendi perditur fides infusa: sic in quocumque est illa vo-
 lūtate in voluntate a qua dependet meritum fidei habet talis meritū
 fidei quod non habet actū fidelis. ¶ Querit cōsequēter. vitrum ex assen-
 su infidelitatis perdat habitus infusus fidei. i.e. fides infusa ex vi forma-
 lis cōtrarietatis & repugnatiue vel solū demeritorie. Ad hāc dubita-
 tionē ponit occidā in tertio quolibet q. 7. duos modos dcēdi quos
 reputat probabiles. Primus modus dicendi est quod ois dissensus articu-
 li fidei repugnat duobus modis fidei infuse scilicet demeritorie & for-
 mali cōtrarietate & si siccōrūpit fidē infusā tamē cōtrariū formalē re-
 pugnās. Secundus modus dicendi est quod solū demeritorie ei opponit
 tur: & quod fides infusa tantum corrupatur demeritorie: & iste modus
 videtur probabilior & verus. & ratio est. Nam possibile est quod in ali-
 quo sit aliquis assensus oppositi articuli: vel dissensus articuli inuinci-
 bilis quo facto erit ille dissensus articuli cum habitu infuso fidei. ergo
 non est formalis repugnantia inter illos. & non est dicendum quod de-
 facti illi miraculum miraculose conseruando fidem infusam cum illo
 dissensu sed mere naturaliter sunt simul. Igitur non repugnant for-
 maliter: & ultra si ille idem assensus successiue incipiat fieri vincibilis
 perdetur fides: & tamen non erit tunc maior repugnantia quod nunc.
 Igitur solum corruptitur demeritorie per dissensum articuli & non
 ex formalis repugnantia.

De obiecto fidei.

De obiecto fidei.

Capitulum sextum.

I sum est quomodo perditur fides infusa; & hoc loquendo in viatore, & conclusum est quod quando in aliquo est formalis infidelitas siue talis habeat dissensum articulorum vel assensum oppositorum siue dubium siue nolitionem assentiendi: nisi adsit evidenter vel demonstratio talis perdit fidem infusam. ¶ Nunc consequenter videndum est de obiecto ipsius fidei, utrum videlicet obiectum fidelis sit duntaxat verum, & non sit hic difficultas de obiecto an sit complexum vel incomplexum, puta propria vel res significata per illam: sed queritur de obiecto quod ad esse verum vel falsum, utrum fides infusa habeat pro obiecto verum. ¶ Pro solutione notandum quod omnes concordant quod fides infusa habet pro obiecto duntaxat verum: & solus inclinat ad assentiendum vero & nunquam falso. Nam ista duo non sunt copossibilia, hic assensus est ex fide infusa: & hic assensus est falsus. Ratio est, quia nunquam aliquid est obiectum fidei infuse nisi reuelatum a prima veritate, sed a prima veritate nunquam potest reuelari falso. ergo implicatur quod aliquid sit falso, & sit obiectum fidelis infuse secundum quod falso est. ¶ Hic sunt difficultates. Prima capio sortem qui ex fide infusa heri assentiebat antichristum esse futurum, ita quod fides infusa partialiter concurrebat ad illum assensum producendum, tunc sic modo ista propositio est necessaria, ille assensus cabatur ex fide infusa, patet, cum sit una de posterita quod nullo modo dependet ex una de futuro, istanunc est necessaria, iste totus assensus fuit, & non est possibile totum illum assensum fuisse: quin fuerit causatus ex fide infusa cum alijs causis concurrentibus partialibus. Quod fides infusa concurrebat ad illum: patet, est nunc necessarium illum assensum fuisse ita intensum & seclusa fide infusa, sed solum alijs causis stantibus scilicet intellectus quecumque rationes non poterant causare ita intensum assensum sicut iste est, non potest alia causa concurrisse: nisi fides infusa, igitur oportet de necessitate fidem infusam concurrisse ad illum assensum, igitur ista est vera, iste assensus cabatur a fide infusa. Sed ista est possibilis nunc antichristus non erit, igitur potest esse ita, quo facto ille assensus fuit falsus, quod significabat antichristum fore: & per casum antichristus non erit: & tamen in rei veritate ille assensus causatus est a fide infusa: & non potest non fuisse causatus ab ea, & certum est quod illa propositio antichristus non erit non repugnat isti, iste assensus fuit causatus a fide infusa, patet, nam omne possibile cuilibet necessario est composcibile, quia nunquam necessarium & possibile repugnat. Igitur fides inclinata falso. Forte dices sicut dicit Alfonso de Orensis, concedo istam esse necessariam iste assensus fuit: & nunc est necessarium quod fuit ita intensus: productus a fide infusa, vel sic, concedo quod sit necessarium illum assensum fuisse causatum a fide infusa: & conceditur cum hoc quod ista est

possibilis antichristus non erit & conceditur quod est compositibilis: & tunc admittitur casus quod antichristus non erit, sed tunc dico quod ille assensus non est falsus, sed est assensus verus significans quod antichristus non erit, ita quod est assensus sui contradictorij. ¶ Sed contra illi duo assensus quibus iudicio antichristum fore & antichristum non fore sunt contrarii differentes specie, ergo unus nunc potest fieri alter, igitur assensus qui ponebatur significare antichristum fore non potest esse assensus significans antichristum non fore. Item sequitur quod isti esset possibilis & vera peccata mortaliter & tamen nunc est possibile me nunc peccasse mortaliter, patet, volo quod heri ego assensum contra conscientiam meam & ex certo proposito antichristum non esse futurum: illud peccatum est mortale, quia mendacium in fide est gravissimum, nam iudicarem antichristum esse futurum & oppositum afferendo mentitus fuisset, igitur peccassem. Sed possibile nunc per te est quod illud fuisset verum, scilicet quod antichristus non erat futurus, ergo nunc est possibile quod non fuerim mentitus & per consequens non peccasse mortaliter, immo metuisse, ergo nunc est possibile quod non peccauerim mortaliter, & hoc est unum de precipuis argumentis. ¶ Secundum argumentum principale est, capio iudeum circa tempus nativitatis christi qui ante nativitatem christi per horam elicuerat ex fide infusa iudicium quod christus nasceretur, tunc arguitur sic, Eliciat per unam partem hore ante quam nasceretur & continuet per diuidiam horam post nativitatem in illa quarta parte ante nativitatem talis assensus elicetur a fide infusa & causabatur in tanto gradu & conseruabatur a fide infusa, igitur nunc continuatur ab ea quia alias non esset in tanto gradu & tamen nunc post nativitatem est falsum, unde fides infusa est agens pure naturalem, igitur quemque effectum conseruat in uno tempore potest in alio conseruare, igitur potest illum assensum post christi nativitatem conseruare & talis erit falsus, igitur, Preterea volo quod christus natus fuisset tempore naturalis continuationis, tunc arguitur sic, ille assensus per aliquid tempus post nativitatem christi naturaliter continuabatur & non potest ille continuari nisi conseruante habitu infuso, ergo infusus concurrit quando est falsus, patet minor: scilicet quod non posset conseruari nisi concurreret habitu infuso, Nam alię cause concurrentes cum fide non sunt sufficietes ad producendum talem effectum & tantum, ergo minus conseruare siue neque conseruare, ergo si naturaliter continuetur per illud paruum tempus oportet de necessitate fidem infusam concurrere ad illum conseruandum, ¶ Quantum ad primum, sortes qui heri iudicabant antichristum futurum &c. Dico quod oportet necessario incidere in unam istarum solutionum, puta quod ad preteritum sit potentia, & deus non potest facere

De obiecto fidei.

¶ antichristus non eueniet quin faciat ¶ ille assensus non fuerit vel
saltez ¶ non fuerit a fide infusa/sed ab alia causa. Scda solutio. sup
posito ¶ ad preteritū non sit potētia oportet dicere ¶ ille assensus
si antichristus non eneniret nunq̄ fuisse assensus: vel fuisse assensus
contradictorius vel non assensus. vnde ista non dependet ex
vna de futuro iste assensus fuit sed ista propositio: iste assensus fuit
assensus huius antichristus erit dependet ex vna de futuro: oportet
cōcedere ¶ talis qualitas fuit & fuit assensus. Cōtra, assensus huius
antichristus erit est contingens. ponamus inesse an fuisse assensus?
Dicit ¶ sic: sed querit cui⁹ fuisse assensus? Dico ¶ huius antichrist⁹
non erit. Cōtra. differūt specie. patet, quia sunt qualitates formaliter
repugnātes: puta duo iudicia. Dicit ¶ verū est ¶ ille qualitates que
pducūtur ab habitibus naturalibus: vel a causis pure naturalibus
tales assensus differūt specie & formaliter repugnāt: sed stat duos ta
les esse nō differentes specie: puta qñ pducūtur supernaturaliter vel
a causis a deo supernaturaliter pducīt. Ad scđam rōnem/cū arguit
ex hoc sequit⁹ ¶ ista esset vera/peccauit & nūc est possibile me nunq̄
peccasse: & ex cōsequenti ista esset vera/sortes est dānatus: & possibi
le est ¶ nunq̄ peccauit illo peccato quo est dānatus. patet afferendo
¶ antixp̄us non erit ponendo in esse ¶ nō erit/iam non fuisse mēti
tus: imo dixisset verū/credebat ex fide ¶ nō erit. ergo imperare illā
assertionē nō esset peccatū/sed pot⁹ meritū. Dico ¶ oportet necessa
rio cōcedere ¶ illa volitio qua volebat afferere non esse futurū esset
volitio afferendi s̄pm esse futurū: vel ¶ est possibile ¶ nunq̄ peccau
rit mortaliter illo peccato, vel tertio dicēdū & apparet pbabilis qñ
dicit ¶ habitus infusus nō pōt cōcurrere ad falsum/verum est de le
ge: quia est solum instrumētū motionis p̄fūsanct. sed supra legē nō
est incōueniens dicere ¶ ille habitus ex natura p̄pria cōcurrat ad fal
sum. Vnde aliqui tenuerunt ¶ deus pōt decipere & reuelare falsum.
Ideo scđm illā opinione talis habit⁹ cōcurreret īmediate ad istud
omne reuelatū a deo est verū: quia h̄z illud p̄ obiecto adequato & si
reuelaret falsum/oportet de necessitate cōcedere ¶ illi habitui supra
legē non repugnat cōcurrere ad falsum/sed non est possibile de lege
¶ deus decipiāt & reuelat falsum & ¶ ille habit⁹ cōcurrat ad falsum
sed supra legem non est incōueniens. ¶ Vnde ¶ antixp̄us nūq̄ eue
niat est simul possibile/sed nō est de lege. ideo sublata lege nō est in
cōueniens ¶ talis habitus fidei infuse cōcurrat tam in presenti prete
rito q̄ futuro ad falsum. vñ altissoren. & gregorius bene impediūt in
solutione huius: & dat grego. duas solutiones. Ad secundū cū inferit
ille assensus naturaliter continuabitur & hoc a fide infusa. negatur
hoc: imo q̄cito fuit natus christus nunq̄ postea fides infusa concurre
bat ad illum assensum. Contra. ille assensus conseruabatur naturali
ter & alie cause non erant sufficiētes. nego ¶ conseruabitur natus

raliter imo necessario remittebatur ille assensus. & quis voluntas no potest libere desistere: tamen in illo paruo tempore difficiebat vna causa conseruans scilicet habitus infusus. Vnde hec dicit Altissimod. qd illi qui ante incarnationem credebant filium dei esse incarnandum debebant considerare tempus aduentus Christi & discernere sicut erant edocti a prophetis per quos illuminabantur a vera luce & de bebant sequi illam illuminationem. qd quia non fecerunt dominus co queritur de ipsis per hieremiam ubi dicit. milius & irudo & ciconia cognoverunt tempus aduentus sui &c. cum ergo aduenit tempus incarnationis determinatum a prophetis no debuerunt credere christum esse incarnandum determinate. sed christum esse incarnatum vel incarnationi vel incarnandum. Vnde patet q si aliquis in instanti incarnationis credit christum esse incarnandum/ non credit hoc motu virtutis: sed tantum motu liberi arbitrii relinqens illuminationem vere lucis quoniā relinquit tempus a prophetis determinatum & prænudatum aliquomodo hec Altiss. Dices ille assensus continuatus erat meritorius: ergo ex fide. nam notum est q non tenebatur iudei scire punctaliq quādo erat nascitur imo rustici & indocti satis magno tempore post non tenebantur. ergo talis assensus continuatus poterat esse meritorius. Cōcedo q aliquis potest mereri per assensum falsum imo aliquando per assenūm contrarium assensui fidei ut de vetula assentiente prelato predicati oppositum fidel / qd non tenetur credere explicite / & tamen non sequit q ille assensus est ex fide; sed impa ab vna voluntate &c. non enim oportet omnem assensum meritoriu esse ex fide. Ergo resolutorie concludendo dicendum q de lege fides infusa non concurrit ad falsum: sed supra legē non est inconueniēs. & assensus falsus bene est meritorius de lege: sed nunq est assensus fidei. Et sic dicta de fide nunc sufficiant.

Sequitur aliqua generalia de spe. ¶ Vnde est vna difficultas inter doctores satis magna quoniam spes distinguitur a ceteris virtutibus theologicis scilicet a fide & charitate & apparet q non possit ponit distincta ab illis duabus. Patet sic. non ponuntur habitus distincti etiam supernaturales nisi propter distinctionē actuum ad quos inclinant. sed no pōt esse actus spei distinctus ab actu fidei & charitatis. ergo no est ponendus habitus spei distinctus ab habitibus fidei & charitatis. Major est satis nota. Minor probatur. non possunt respectu dei reperi nisi duo actus scilicet actus voluntatis & actus intellectus. nam actus intellectus circa deum pertinet ad fidem: & actus voluntatis circa deum pertinet ad charitatem. ergo non est ponendus actus spei distinctus ab actus

De spe.

bus illorū. **C**In oppositū est auctoritas apostoli ad corinthios. xiiij.
manent fides / spes & charitas tria hec, sequitur ergo q̄ postq̄ apo-
